Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Summae sententiarum tractatus I - VI - Cod. Aug. pap. 50

Hugo <von Sankt Victor>

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Incipit unum ex quatuor evengelistis

urn:nbn:de:bsz:31-91043

Visual Library

De Eterna Cristi generatione. Ze. i. cap.

1 IN principio erat verbum et verbum erat apud deum
et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum
Omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nichil
Quod factum est in ipso vita erat et vita erat lux hominum.
Et lux in tenebris luret et tenebre eam non comprehenderunt.
Fuit homo missus a deo cui nomen erat Joh. Hic venit in testimonium
vt testimonium perhiberet de lumine vt omnes crederent per illum. Non erat ille
lux sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera que illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum In mundo erat et mundus per ipsum
factus est et mundus eum non cognouit. In sua venit et sui eum non re-
ceperunt Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri
his qui credunt in nomine ipius Qui non ex sanguinibus nec ex vo
luntate carnis neque ex voluntate viri sed ex deo nati sunt.
Et verbum caro factum est et habitauit in nobis Et vidimus gloriam
eius gloriam quasi unigeniti a patre plenum gratie et veritatis.

2 Fuit in diebus Erodis regis Iudee sacerdos quidam nomine
Zacharias de vice abia et vxor illius de filiabus aaron
et nomen eius elizabeth Erant autem iusti ambo ante deum incedentes
in omnibus mandatis et iustificationibus domini sine querela et non
erat illis filius eo quod esset elizabeth sterilis et ambo processerant
in diebus suis. Factum est autem cum sacerdotio fungeretur zacha
rias In ordine vicis sue ante deum Secundum ordinem sacer
dotii sorte exiit vt incensum poneret Ingressus in templum domini.
Et erat omnis multitudo populi orans foris hora incensi. Ap
paruit autem illi angelus domini stans a dextris altaris in
censi Et zacharias turbatus est videns et timor Irruit
super eum Dixit autem ad illum angelus ne timeas zacharia quoniam ex
audita est deprecatio tua Et elizabeth vxor tua pariet tibi filium
et vocabis nomen eius Iohannem Et erit gaudium tibi et
exultatio Et multi in natiuitate eius gaudebunt Erit enim
magnus coram domino Et vinum et siceram non bibet Et spiritu sancto
replebitur adhuc ex utero matris sue Et multos filiorum israel
conuertet ad dominum deum ipsorum Et ipse ibit ante illum in spiritu et virtute
helyae vt conuertat corda patrum in filios Et incredibiles ad prudentia
iustorum parare domino plebem perfectam. Et dixit zacharias ad an
gelum. Unde hoc sciam Ego enim sum senex et vxor mea processit

Annunciatio Johannis Baptiste et descriptio eius

in diebus suis Et ecce angelus dixit ei Ego sum gabriel
qui asto ante deum dm et missus loqui ad te et hec tibi evang
elizare Et ecce eris tacens et non poteris loqui usque
in diem quo hec fiant pro eo quod non credidisti verbis meis.
quae implebunt in tempore suo Et erat plebs exspectans
zachariam et mirabantur quod tardaret ipse in templo. Egressus
autem non poterat loqui ad illos. Et agnoverunt quod visionem vi
disset in templo. Et ipse erat innuens illis et permansit mutus
Et factum est ut impleti sunt dies officii sui abiit in domum suam.
post hos autem dies elizabeth uxor eius concepit Et occul
tabat se menses quinque dicens quia sic fecit mihi dominus in
diebus quibus respexit auferre opprobrium meum apud homines

3 .h. In mense autem sexto missus est angelus gabriel a.
deo in civitate galilee cui nomen nazareth ad vir
ginem desponsatam viro cui nomen ioseph de domo David
et nomen virginis maria Et ingressus angelus ad eam
dixit. Ave gratia plena dominus tecum. Benedicta tu in mulie
ribus. Quae cum audisset turbata est in sermone eius. Et cogitabat
qualis esset ista salutatio Et ait angelus ei Ne timeas maria
invenisti enim gratiam apud deum Ecce concipies in utero et pres
ebis filium. Et vocabis nomen eius iesum. Hic erit magnus et
filius altissimi vocabitur Et dabit illi dominus deus sedem
david patris eius et regnabit in domo iacob in eternum. Et regni
eius non erit finis. Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fi
et istud quoniam virum non cognosco Et respondens angelus dixit ei Spi
ritus sanctus superveniet in te Et virtus altissimi obumbrabit
tibi. Quapropter et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei
Et ecce elizabeth cognata tua et ipsa concepit filium senectute
sua et hic mensis est sextus illi quae vocatur sterilis quia non erit im
possibile apud deum omne verbum Dixit autem maria Ecce
ancilla domini fiat mihi secundum verbum tuum Et discessit angelus a illa

.g. Exurgens autem maria in diebus illis abiit in montana
cum festinatione in civitatem iuda et intravit in domum zacha
riae et salutavit elizabeth Et factum est ut audivit salutationem ma
rie elizabeth exultavit infans in utero eius et repleta est spiritu
de visitacione elizabeth per mariam et hymnum magnificat

Annunciacio gabrielis.

.h.

sancto elizabeth et exclamauit voce magna et dixit. Be
nedicta tu inter mulieres et benedictus fructus ventris tui
et unde hoc michi vt veniat mater dni mei ad me Ecce
enim ut facta est vox salutationis tue in auribus meis exultauit
in gaudio infans in vtero meo et beata q̃ credidisti quoniam
perficientur ea q̃ dicta sunt tibi a dno et ait maria magnificat
anima mea dnm et exultauit spiritus meus in deo salutari
meo Quia respexit humilitatem ancille sue Ecce enim ex hoc
beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit michi magna
qui potens est et sanctum nomen eius. Et misericordia eius a progenie
in progenies timentibus eum Fecit potentiam in brachio suo dispersit
superbos mente cordis sui Deposuit potentes de sede
et exaltauit humiles Esurientes implenit bonis et diuites
dimisit inanes Suscepit israel puerum suum recordatus
misericordie sue Sicut locutus est ad patres nostros abraham et
semini eius in secula. Mansit autem maria cum illa quasi menses
tres et reuersa est in domum suam. L. 1.

De ortu Johis et circumcisione eius et benedictio dominica zc.

Et elizabeth ad impletum est tempus pariendi et peperit
filium. Et audierunt vicini et cognati eius quoniam magnificauit
dnus misericordiam suam cum illa et congratulabantur ei. Et factum
est in die octauo venerunt circumcidere puerum et vocabant eum
nomine patris sui zacharia Et respondens mater eius dixit Ne
quaqm sed vocabitur Joh Et dixerunt ad illam Quia nemo est de cognatione
tua q̃ vocetur hoc nomine Innuebant autem patri eius
quem nollet vocari eum Et postulans pugillarem scripsit dicens
Johannes est nomen eius Et mirati sunt omnes. Aperti
sunt autem illico os eius et lingua eius et loquebatur benedicens
deum Et factum est timor super omnes vicinos eorum
et super omnia montana Iudee diuulgabantur omnia verba
hec Et posuerunt omnes qui audierant in corde suo dicentes
quis putas puer iste erit Etenim manus dni erat cum illo
Et zacharias pater eius impletus est spiritu sancto Et prophetauit. Benedictus
dnus deus israel quia visitauit et fecit redemptionem
plebis sue Et erexit cornu salutis nobis in domo dauid
pueri sui Sicut locutus est per os sanctorum qui a seculo sunt prophetarum
eius Salutem ex inimicis nostris et de manu omnium qui oderunt nos
Adimplendam misericordiam cum patribus nostris et memorari testamenti

sui sancti. Jus iurandi q̃ iurauit ad abraham patre
nostro meo datus se nobis. Vt sine timore de manu inimicorum
liberati seruiamus illi. In sanctitate et iustitia coram
ipso omnibus diebus nostris. Et tu puer propheta altissimi vocaberis
praeibis enim ante faciem domini parare vias eius. Ad dan
dam scientiam salutis plebi eius in remissionem peccatorum
propitiabitur mise dei nostri in quibus visitauit nos oriens ex
alto illuminare his qui in tenebris et umbra mortis sedet
ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Puer autem crescebat et
confortabatur spiritu et erat in desertis usque in diem ostensionis
sue ad israhel. Cap. j.

Genealogia Christi et apostolorum angeli Joseph
Liber generationis ihu xpi filii dauid filii abraham
abraham genuit ysaac. Ysaac autem genuit iacob.
Iacob autem genuit iudam et fratres eius. Iudas autem genuit phares et
zaram de thamar. Phares autem genuit esrom. Esrom autem genuit
aram. Aram autem genuit aminadab. Aminadab autem genuit
naasson. Naasson autem genuit salmon. Salmon autem genuit
boaz autem genuit obeth ex ruth. Obeth autem genuit iesse. Iesse autem
genuit dauid regem. Dauid autem rex genuit salomonem ex ea
que fuit vrie. Salomon autem genuit roboam. Roboam autem genuit
abyam. Abyas autem genuit asa. Asa autem genuit iosaphat. Io
saphat autem genuit ioram. Ioram autem genuit oziam. Ozias autem
genuit joatham. Joatham autem genuit achaz. Achaz autem genuit
ezechiam. Ezechias autem genuit manasseen. Manasses autem
genuit amon. Amon autem genuit iosyam. Iosyas autem genuit jech
onia et fratres eius in transmigratione babilonis. Et post transmigrationem babilonis
Jechonias genuit salathiel. Salathiel autem genuit zorobabel.
Zorobabel autem genuit abiud. Abiud autem genuit eliachim.
Eliachim autem genuit azor. Azor autem genuit sadoch. Sadoch
autem genuit achim. Achim autem genuit eliud. Eliud autem genuit ele
azar. Eleazar autem genuit matthan. Matthan autem genuit
iacob. Iacob autem genuit ioseph virum marie de qua natus
est ihesus qui vocatur xpus. Ita
omnes ergo generationes ab abraham usque ad dauid generationes. xiv.
Et a dauid usque ad transmigrationem babilonis generationes. xiv.
Et a transmigratione babilonis usque ad xpm generationes. xiv.

Cristi ad gentes sic erat

Cum esset desponsata mater eius maria ioseph. antq̃ ꝯuenirent. inuenta est in utero habens de spiritu sancto. Ioseph autem uir eius cum esset iustus. et nollet eam tradere. cupiebat occulte dimittere eam. Hæc autem eo cogitante ecce angelus domini apparuit ei in somnis dicens. Ioseph fili dauid. noli timere accipere mariam coniugem tuam. quod enim in ea natum est de spiritu sancto est. pariet autem filium. et uocabis nomen eius iesum. ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Hæc autem totum factum est ut adimpleretur quod dictum est a domino per prophetam dicentem. ecce uirgo in utero habebit. et pariet filium. et uocabitur nomen eius emanuel. quod est interpretatum nobiscum deus. Exurgens autem ioseph a somno fecit sicut præcepit ei angelus domini. et accepit coniugem suam. et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum. et uocauit nomen eius iesum.

Edicto augusti et omnatione angeli ad pastores de natiuitate domini in bethleem l. 2. d.

Factum est autem in diebus illis exiit edictum a cesare augusto ut describeretur uniuersus orbis. Hæc descriptio prima facta est a preside syriæ cirino. Et ibant omnes ut profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem et ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeam ciuitatem dauid quæ uocatur bethleem eo quod esset de domo et familia dauid. ut profiteretur cum maria desponsata sibi uxore prægnante. Factum autem est cum essent ibi impleti sunt dies ut pareret. et peperit filium suum primogenitum. et pannis eum inuolutum. et reclinauit eum in presepio quia non erat eis locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem uigilantes et custodientes uigilias noctis super gregem suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos. et claritas dei circumfulsit illos. et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere ecce euangelizo uobis gaudium magnum quod erit omni populo. quia natus est uobis hodie saluator mundi. qui est christus dominus in ciuitate dauid. Et hoc uobis signum. inuenietis infantem pannis inuolutum. et positum in presepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ celestis. laudantium deum et dicentium. gloria in altissimis deo. et in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Et factum est. Et discesserunt a eis angeli in cælum. Pastores loquebantur ad inuicem. transeamus usque bethleem. et uideamus hoc uerbum

q̄ factum est q̄ dn̄s ostendit nobis Et uenerunt festinantes
et inuenerunt mariam et ioseph et infantem positum
in presepio uidentes aut cognouerunt de uerbo Quod
dictum erat illis de puero hoc et omnes qui audierant mi-
rati sunt et de hijs que dicta erant a pastoribus ad
ipsos Maria aut conseruabat omnia verba hec con-
ferens in corde suo Et reuersi sunt pastores glo-
rificantes et laudantes deum in omnibus que au-
dierant et viderant sic dictum est ad illos. De
Circumcisione xpi. Et aduentu magorum m. 2 l. 2.
8. Et postquam consumati sunt dies octo ut circumcide-
retur puer uocatum est nomen eius ihesus Quod
vocatum est a angelo prius quam conciperetur Cum natus esset ihesus
in bethlahem iude in diebus herodis regis Ecce magi
ab oriente venerunt ierosolimam dicentes Ubi est qui
natus est rex iudeorum vidimus enim stellam eius in oriente
et uenimus adorare eum Audiens enim herodes rex
turbatus est et omnis ierosolima cum illo Et congre-
gans omnes principes sacerdotum et scribas populi
sciscitabatur ab eis ubi xps nasceretur At illi dixerunt
ei in bethlahem iude Sic enim scriptum est prophetam
Et tu bethlahem iude terra nequaquam minima es in
principibus iuda Ex te enim exiet dux qui regat populum
meum israel Tunc herodes clam uocatis magis dili-
genter dedicit ab eis tempus stelle que apparuit eis Et
mittens illos in bethlahem dixit ite et interrogate
diligenter de puero Et cum inueniatis renunciate michi
ut et ego veniens adorem eum Qui cum audissent
regem abierunt Et ecce stellam quam uiderant in oriente

an cedebat eos usque dum veniens staret super domum
ubi erat puer videntes autem stellam gauisi sunt
gaudio magno valde Et intrantes domum inue-
nerunt puerum cum maria matre eius Et procidentes
adorauerunt eum Et apertis thesauris suis obtulerunt
ei munera aurum thus et mirram Et responso
accepto in somnis ne redirent ad herodem
per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.

De oblatione xpi in templum in purificatione l. 2. 9.

9. Et postquam impleti sunt dies purgationis marie secundum
legem moysi tulerunt ihesum in ierusalem ut sisterent
eum domino Sicut scriptum est in lege domini quia omne masculi-
num adapperiens vulnera sanctum domino vocabitur et ut dorent
hostiam pro eo secundum quod dictum est in lege domini par turturum
aut duos pullos columbarum Et ecce homo erat in ierusalem
Cui nomen Symeon et homo iste iustus et timoratus
exspectans consolationem israel Et spiritus sanctus erat in eo Et
responsum accepit a spiritu sancto non visurum se mortem nisi
prius videret xpm domini Et venit in spiritu in templum
Et cum inducerent puerum ihesum parentes eius ut facerent
secundum consuetudinem legis pro eo et ipse accepit eum in vul-
nas suas et benedixit deum et dixit Nunc dimittis
seruum tuum domine secundum verbum tuum in pace Quia
viderunt oculi mei salutare tuum Quod parasti ante
faciem omnium populorum Lumen ad reuelationem
gentium et gloriam plebis tue israel Et erant
pater eius et mater eius mirantes super his que dicebant
de illo Et benedixit illis symeon et dixit ad mariam

matrem eius Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectio-
nem multorum in israel et in signum tui condicetur et tuam
ipsius animam pertransibit gladius ut revelentur ex multis cordibus
cogitationes Et erit anna prophetissa filia phanuel de tribu
Aser hec processerat in diebus multis et vixerat cum viro
suo annis septem a virginitate sua et hec vidua erat usque
ad annos lxxxiiii^or que non discedebat de templo ieiuniis
et obsecrationibus serviens nocte ac die Et hec ipsa hora
superveniens confitebatur domino et loquebatur de illis omnibus
qui expectabant redemptionem israel Et ut perfecerunt omnia
secundum legem domini reversi sunt in galileam in civitatem suam
nazareth puer autem crescebat et confortabatur plenus sapientia
et gratia dei erat in illo. Se fuga Ioseph in egiptum ma 2
et occisionem innocentum. Et regressu Ioseph et Iohannis habitationem in deserto
·10· Cum magi recessissent Ecce angelus domini in somnis R.
apparuit Ioseph dicens Surge et accipe puerum
et matrem eius et fuge in egipptum et esto ibi usque dum dicam
tibi futurum est enim ut herodes querat puerum ad perdendum
eum Qui consurgens accepit puerum et matrem eius
nocte et secessit in egipptum et erat ibi usque ad obitum he-
rodis ut adimpleretur quod dictum est a domino prophetam dicentem
ex egipto vocavi filium meum Tunc herodes videns quoniam il-
lusus esset a magis iratus est valde Et mittens occidit omnes
pueros qui erant in bethlahem et in omnibus finibus eius ab ematu
et infra secundum tempus quod exquisierat a magis Tunc adimpletum
est quod dictum est per ieremiam prophetam dicentem Vox in rama
audita est ploratus et ululatus multus Rachel plorans
·I· filios suos et noluit consolari quia non sunt Defuncto
autem herode Ecce apparuit angelus domini in somnis Ioseph
in egipto dicens Surge et accipe puerum et matrem ·

eius Et uade in terram israel Defuncti sunt qui querebant
animam pueri Qui consurgens accepit puerum et matrem
eius et uenit in terra israel Audiens autem archelaus
regnaret in iudea pro herode patre suo timuit illo
ire Et admonitus in somnis secessit in partes galilee
Et ueniens habitauit in ciuitate que uocatur nazareth
ut impleretur quod dictum est prophetam quoniam nazarenus uocabitur.

De inuencione xpi aperientibus eius in templo l. 2.

.11. Et ibant parentes eius per omnes in israelem in die solempni
paste Et cum factus esset ihesus annorum .12. ascen .3.
dentibus illis ierosolimam secundum consuetudinem diei festi
Consumatisque diebus uel cum rediret remansit puer ihesus
in israelem et non cognouerunt parentes eius Existima
tes autem illum esse in comitatu uenerunt iter diei et
requirebant eum inter cognatos et notos et non inue
nientes regressi sunt in israelem inquirentes eum Et
factum est post triduum inuenerunt illum in templo sedentem
audiente. illos et interrogantem Stubebant autem omnes qui
~~aut~~ eum audiebant super prudencia et responsis eius Et
uidentes admirati sunt Et dixit mater eius ad illum
fili quid fecisti nobis sic Ecce pater tuus et ego dolen
tes querebamus te Et ait ad illos Quid est quod
me querebatis Nesciebatis quoniam in his que patris mei sunt
oportet me esse Et ipsi non intellexerunt uerbum quod locutus
est ad illos Et descendit cum eis et uenit nazareth
et erat subditus illis Et mater eius conseruabat omnia uerba
hec in corde suo Et ihesus proficiebat sapientia etate et
gratia apud deum et homines puer autem ihesus crescebat et

confortabatur spiritu et gratia et erat in desertis usque in die
ostensionis sue ad israhel. De predicatione Io
hannis in deserto et de baptismo. Mt 3 l. 3 k. 1.

k. 12 Anno quintodecimo imperii tiberii Cesaris procurante
poncio pilato iudeam tetracha autem galilee
herode philippo autem fratri eius tetracha yturee et
trachonitidis regionis et lysania sibiline tetracha
sub principibus sacerdotum anna et caypha factum est verbum
B. domini super iohannem zacharie filium in deserto Et venit in
omnem regionem iordanis predicans baptismum penitentie in
remissionem peccatorum sicut scriptum est in libro sermonum
ysaye prophete Initium ewangelii ihesu christi sicut scriptum est in ysaia
propheta Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam qui ~~preparabit~~
preparabit viam tuam ante te Vox clamantis in deserto parate
viam domini rectas facite semitas eius Omnis fallis imple
bitur et omnis mons et collis humiliabitur et erunt prava
indirecta et aspera in vias planas et videbit omnis caro
salutare dei In diebus autem illis venit iohannes baptista predi
cans in deserto iudee et dicens penitentiam agite appropinquabit
enim regnum celorum Ipse autem iohannes habebat ve
stimentum de pilis camelorum et zonam pellicea circa lumbos
suos Esca autem eius erat locuste et mel silvestre
Tunc exibat ad eum ierosolima ierosolimite universi
Et omnis iudea et omnis regio circa iordanem et bapti
zabantur ab eo in iordane fluvie confitentes peccata sua
C. Videns autem multos pharizeorum et saduceorum venientes
ad baptismum suum et turbas que exibant ut baptizarentur
ab ipso dixit eis progenies geminina viperarum quis

·72·

ondit uob fugere auentura ire facite ergo dig-
nos pnie et ne ceperitis dicere int uos patrem helnus
abraham dico enim uob quoniam potens e deus de lapi-
dibus istis suscitare filios abrahe Iam enim securis
ad radicem arboris posita est Omnis ergo arbor que
non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur
3 Et interrogabant eum turbe dicentes Quid ergo faciemus
Respondens aut iohes dicebat illis Qui habet duas
tunicas dat unam non habenti Et qui habet escas similiter fa-
ciat Venerunt aut et publicani ut baptizarentur
et dixerunt ad illum Magister quid faciemus at ille dixit
ad eos nichil amplius quam quod constitutum e uob faciatis
Interrogabant aut eos et milites dicentes Quid
faciemus et nos Et ait illis Neminem concuciatis
neque calumpnia faciatis et contenti estote stipendiis
vris Existimate aut pplo et cogitantibus omnibus
in cordibus suis de iohe ne forte ipe esset xpus
Respondit iohes dicens omnibus Ego quidem aqua bap-
tizo uos in penitentiam Qui aut post me venturus
est fortior me est cuius non sum dignus calceamenta
portare et procumbens solue corrigiam calceamentorum
eorum Ipe uos baptizabat in spiritu sancto et igni cuius
ventilabrum in manu eius et permundabit et purgabit
aream suam et congregabit triticum in horreum suum
paleas aut comburet igni inextinguibili Multa
quidem et alia exhortans euangelizabat pplo
Et factum est in diebus illis venit ihs anazareth de baptismo
galylee in iordane ad iohem ut baptizaretur

ab eo johes aut prohibebat eum dicens Ego a te debeo bap-
tizari et tu venis ad me Respondens aut ihus dixit ei
Sine modo sic nos decet adimplere omnem iusticiam
Tunc dimisit eum sctm est aut cum baptizaretur omnis
populus et ihu baptizato in iordane a johanne confesti
ascendit de aqua Et eo orante Ecce aperti sunt celi
Et vidit celos apertos et spm sctm dei corporali spe
descendentem sic columbam et venientem super se et
manentem in ipso Et ecce vox de celis facta est dicens
hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui Tu es filius
meus dilectus in te complacuit michi · L · 3 ·

De geneologia xpi secundum lucam.

13 Et ipse ihus erat incipiens quasi annorum triginta
et putabatur filius joseph qui fuit heli qui fuit
mathat Qui fuit levi Qui fuit melchi Qui fuit
janne Qui fuit joseph Qui fuit mathathye Qui
fuit amos Qui fuit naum Qui fuit heli Qui
fuit nagge Qui fuit mathach al maach Qui
fuit mathathye Qui fuit semey Qui fuit joseph
Qui fuit juda Qui fuit johanna Qui fuit resa
Qui fuit zorobabel Qui fuit zalathyel Qui fuit neri
Qui fuit melchi Qui fuit addi Qui fuit thosan
Qui fuit helmadan Qui fuit her Qui fuit iesu
Qui fuit eliezer Qui fuit jorni Qui fuit mathach
Qui fuit levi Qui fuit symeon Qui fuit juda
Qui fuit joseph Qui fuit jana Qui fuit
elyachim Qui fuit melea Qui fuit menna
Qui fuit mathatha Qui fuit nathan Qui

Qui fuit dauid Qui fuit iesse Qui fuit obeht/ Qui fuit
booz Qui fuit salmon Qui fuit naasan Qui fuit ami=
nadab Qui fuit aram Qui fuit esrom Qui fuit phares
Qui fuit iude Qui fuit iacob Qui fuit ysaac Qui
fuit abrahe Qui fuit thare Qui fuit nathor/ Qui
fuit seruch Qui fuit ragan Qui fuit phaleth Qui
fuit eber/ Qui fuit sale Qui fuit cayman Qui fuit
arfarat/ Qui fuit sem Qui fuit noe Qui fuit lamech
Qui fuit mathisale Qui fuit Enoch Qui fuit iareht
Qui fuit malelehel Qui fuit cainna Qui fuit enos
Qui fuit seht Qui fuit adam Qui fuit dei. M. 4 L. 4 R. 1.

[R]

De lumine xpi et temptacione in deserto

.14. Ihesus autem plenus spu sco regressus est/ Mordane Et/
statim spus expulit eum in deserta ductus a spu ut temp=
taretur a diabolo et agebatur in spu in desertu Et erat
in deserto. Lo. diebus et Lo. noctibus et temptabatur
a sathana Et nichil manducauit/ in diebus illis Erat quoque
cum bestiis Et cum ieiunasset/ Lo. diebus et Lo. noctibus
consumatis illis postea esuriit/ Et accedens temptator
diabolus dixit illi Si filius dei es dic ut lapides isti panes
fiant/ dic lapidi huic ut panis fiat/ Et rndit ad illum
ihus Scriptum est/ enim quia non in solo pane viuit homo
sed in omni verbo dei quod procedit de ore dei Tunc assumpsit
eum dyabolus in sanctam ciuitatem et duxit illum in rrlm et
statuit illum super pmaculum templi et dixit illi Si filius
dei es mitte te deorsum Scriptum est enim quod angelus suis
mandauit de te ut conseruent te et quod in manibus tollent
te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum/ ait
illi ihus rursum scriptum est non temptabis dnm dm tuum

Et dixit eum dyabolus Et iterum assumpsit in montem excelsum valde
et ostendit ei omnia regna mundi orbis terre in momento temporis et
gloriam eorum quia mihi tradita sunt et cui volo da illa hec
omnia tibi dabo et erunt tua omnia si cadens adoraveris me
Tunc dixit ei ihesus vade sathana Scriptum est enim dominum
deum tuum adorabis et illi soli servies Et consumata omni
temptatione dyabolus recessit ab eo usque ad tempus et reliquit
eum Et ecce angeli accesserunt et ministrabant ei Et re-
gressus est ihesus in virtute spiritus in galileam. Iohannis

f. 14. De testimonio Iohannis de cristo primo

Iohannes testimonium perhibet de ipso et clamat dicens
hic erat quem dixi post me venturus est ante me factus est
quia prior me erat Et de plenitudine eius accepimus et
gratiam pro gratia quia lex per moysen data est gratia et veritas
per ihesum xpm facta eum Deum nemo vidit unquam unigenitus
filius qui est in sinu patris ipse enarravit Et hoc te te-
l. stimonium Iohannis quando miserunt iudei ab ierosolimis sacerdo-
tes et levitas ad eum ut interrogarent eum Tu quis es
Et confessus est et non negavit Et confessus est Quia non sum
xpus Et interrogaverunt eum quid ergo helyas es tu Et dixit
non sum propheta es tu et respondit non dixerunt ergo ei Quis
es ut responsum demus hiis qui miserunt nos Quid dicis
de te ipso Et ait ego vox clamantis in deserto parate viam
domino sed dixit ysayas propheta et qui missi fuerant erant
ex phariseis Et interrogaverunt eum et dixerunt Quid ergo
baptizas si tu non es xpus neque helyas neque propheta Respondit
eis iohannes dicens Ego baptizo in aqua medius autem
vestrum stetit quem vos nescitis qui post me venturus est qui ante
me factus est cuius ego non sum dignus ut solvam eius cor-

rigiam calciamenti hec in bethania facta sunt transiordane
ubi erat iohes baptizans. Altera aut die altera
aut die vidit iohes ihm venientem ad se et ait Ecce .M.
agnus dei Ecce qui tollis peccata mundi hic est de quo
dixi post me venit vir qui ante me factus est quia prior
me erat et ego nesciebam eum Sz tu manifestetur
in israel propterea veni ego in aqua baptizans Et te-
stimonium perhibuit iohes dicens quia vidi spm descen-
dentem quasi columbam de celo et mansit super eum et ego
nesciebam eum Sz qui misit me baptizare in aqua
ille qui mihi dixit Super quem videris spm descendentem
et manentem super eum hic est qui baptizat in spu sto
Et ego vidi et testimonium perhibui quia hic est filius dei.

De prima vocatione petri et andree nathanahel etc. [16]

.16 Altera aut die iterum stabat iohes et ex discipulis. Q. 1
eius duo Et respiciens ihm ambulantem dixit
Ecce agnus dei Et exaudierunt eum duo discipuli
loquentem et secuti sunt ihm Conversus aut ihus et
videns eos sequentes se dixit eis Quid queritis Qui dixe-
runt ei Rabi quod interpretatur magister ubi habitas dicit eis
venite et videte venerunt et viderunt ubi manerent
et apud eum manserunt die illo hora aut erat quasi decima
Erat aut andreas frater simonis petri unus ex duobus
qui audierant iohe et secuti fuerant eum invenit hic
primum fratrem suum symonem et dicit ei Invenimus mes-
siam quod est interpretatum xpus et adduxit eum ad
ihm Intuitus aut eum ihus dixit Tu es symo
filius iohanna Tu vocaberis tephas quod interpretatur
petrus in crastinum voluit exire in galileam Et invenit

+ Priusquam te philippus vocaret cum esses sub ficu. vidi te. Respondit ei nathanahel et ait. Rabbi tu es filius dei. tu es rex ysrl. Respondit ihs et dixit ei.

philippum et dicit ei ihus Sequere me Erat aut philippus ~~abesan~~ abethsaida ciuitate andrea et petre Inuenit philippus Nathaneel et dixit ei Quem scripsit moyses in lege et prophete inuenimus ihm filium Joseph anasareht Et dixit ei nathanael anazareht pt aliquid boni esse dicit ei philippus veni et vide vidit ihs nathanael venientem ad se et dicit de eo Ecce vere ysrahelita in quo dolus non est Dicit ei nathanael. Unde me nosti. Respondit ihs et dixit ei Quia dixi tibi. vidi te sub ficu. credis maius hys videbis Et dicit eis Amen amen dico vobis videbitis celum apertum et angelos dei ascendentes et descendentes super filium hominis. De mutacione aque in vinum A. 2.

D 1A Et die tercia nupcie facte sunt in chana galilee et erat mater ihu ibi vocatus est aut et ihus et discipuli eius ad nupcias Et deficienti vino dicit mater ihu ad eum vinum non habent Et dicit ei ihus Quid mihi et tibi est mulier Non dum venit hora mea dicit mater eius ministris Quicumque dixerit vobis hoc facite Erant aut ibi lapidee ydrie sex posite secundum purificacionem iudeorum capientes singule metretas binas vel ternas Dicit eis ihus implete ydrias aqua et impleuerunt eas usque ad summum Et dixit eis ihus implete ydrias aqua et impleuerunt eas usque ad summum Et dixit eis ihus haurite nunc et ferte architriclino et tulerunt ut aut gustauit architriclinus aquam vinum factam et non sciebat Unde esset ~~mater sua~~ ministre aut sciebat qui hauriebat aquam. vocat sponsum architriclinus et dicit ei omnis homo primum bonum vinum ponit et cum inebriati fuerint A signorum ihus in chana galilee et manifestauit gloriam suam et crediderunt in eum discipuli eius. De primo aduentu ad pascha Et.

A tunc id quod deterius est. tu aut seruasti bonum vinum usque adhuc. Hoc fecit initium.

pflagellū ei cō d'tpl Soluite tēplū hoc. a. 2. 18

·18· Post hec descendit in chapharnaū ipe et mr eius
et fres et dili eius et ibi maserunt no multis
diebus Et ppe erat pasca iudeorū Et ascendit i
ierosolima ihus Et inuenit itēplū vendentes bo
ues et oues et columbas et nummularios sedentes
Et cū fecisset quasi flagellū de funiculis omes eiecit
de templo Oues quo et boues et nummulariorū
effudit es et mesas subuertit et hijs qui columbas ve
debant dixit auferte ista hinc et nolite facere domū
patris domū negociacois recordati vo sunt disci li
eius qr scriptū est zelus domus tue comedit me
Rnderunt ergo iudei et dixerunt ei Qr signum
ostendis nobis qr hec facis Rndit ihus et dixit eis
Soluite templū hoc et in tribus diebus excitabo illud
dixerunt ergo iudei Quadraginta et sex annis
edificatū est templū hoc et tu tribus diebus excitabis
illud Illi aut dicebat de templo corporis sui Cum ergo
surrexisset a mortuis recordati sunt disci li eius qr
hoc dicebat Et crediderunt scripture et sermoni qm dixit
ihus cū aut essetis ierosolomis in pasca in die festo
multi crediderunt in noie eius videntes signa eius
que faciebat ipe aut ihus no credebat semet ipm
eis eo qd ipe noscet omes Et qr opus ei no erat
ut quis testimoniū phiberet de hoie ipe em sciebat
qd esset in hoie. De Nycodemo. a. 3. 19

·19· Erat aute ho ex phariseis nicodemus noie princeps
iudeorū hic uenit ad ihm nocte et dixit ei Rabi scimus
qr a deo venisti magister Nemo em pt facere hec signa

quia tu facis mihi fuit deus cum eo Respondit ihesus et dixit ei Amen
amen dico tibi Nisi quis natus fuerit denuo non potest videre
regnum dei Dicit ad eum nichodemus Quomodo potest homo nasci cum sit
senex Numquid potest in ventrem matris sue iterato introire et re-
nasci Respondit ihesus Amen amen dico tibi nisi quis renatus fuerit
ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum dei Quod
natum est ex carne caro est et quod natum est ex spiritu spiritus
est Non mireris quia dixi tibi oportet nos nasci denuo Spi-
ritus ubi vult spirat et vocem eius audis sed nescis unde
veniat aut quo vadat sic est omnis qui natus est ex spiritu
Respondit nicodemus et dixit ei Tu es magister in israel et hec
ignoras Amen amen dico tibi quia quod scimus loquimur
et quod vidimus testamur et testimonium nostrum non accipitis
Si terrena dixi vobis et non creditis quomodo si dixero vobis
celestia credetis Et nemo ascendit in celum nisi qui de celo descendit
filius hominis qui est in celo Et sicut moyses exaltavit serpentem
in deserto ita exaltari oportet filium hominis ut omnis qui credit
in ipsum non pereat sed habeat vitam eternam

Quomodo possunt hec fieri. Respondit ihesus et dixit ei

20 Sequenda quod Iohannes baptizabat a. 3.

Post hec venit ihesus in iudeam terram et discipuli eius
et illic demorabatur cum eis et baptizabat Erat
autem et iohannes baptizans in Enon iuxta salim quia aque
multe erant illic et veniebant multi et baptizabantur
Non dum enim missus fuerat in carcerem Iohannes facta est ergo quo-
ad discipulis ihesus cum iudeis de purificatione et venerunt
ad iohannem et dixerunt ei Rabi qui erat tecum transiordanem
tui tu testimonium perhibuisti Ecce hic baptizat et omnes
veniunt ad eum Respondit iohannes et dixit non potest homo accipere
quicquid nisi fuerit ei datum de celo ipsi vos in testimonium perhibetis
quod dixerim Ego non sum christus sed quia missus sum ante illum
Qui habet sponsam sponsus est Amicus autem sponsi qui

stat et audit eum

stat et audit eum gaudio gaudet propter vocem sponsi hoc
ergo gaudium meum impletum est / illum oportet crescere me autem
minui Qui desuper est super omnes est / Qui e terra
terrenus e et de terra loquitur Qui de celo venit super omnes
est / et quod vidit et audivit hoc testatur et testimonium eius nemo
accepit Qui autem accepit eius testimonium signavit quod deus ve
rax est Quem enim misit deus verba dei loquitur. Non enim ad mensuram
dat deus spiritum pater diligit filium et omnia dedit in manu eius
Qui credit in filium habet vitam eternam. Qui autem incredulus est filio
non videbit vitam sed ira dei manet super eum. De Herodete

21 Herodes autem tetrarcha cum Johannes. m. ix. k. c.
corriperetur a Johanne de Herodiade uxore philippi fratris sui
quam duxerat cum et omnibus malis que fecit Herodes addidit et
illi Johannes non licet tibi habere uxorem fratris tui Addit adhuc
Herodes super omnia et clausit Johannem et tradidit eum et posuit eum
in carcere propter Herodiadem uxorem fratris sui. Herodiades autem insidiabatur
ei et volebat occidere eum nec poterat. Herodes autem timebat Johannem
sciens eum virum iustum et sanctum / et volens occidere eum timuit po
pulum. quia sicut prophetam eum habebant. Et custodiebat eum et audito
eo multa faciebat et libenter eum audiebat De Judea Relicta propter et de Samaria

22 Cum autem audisset Jhesus quod Johannes traditus esset et ut ergo
quod audierunt pharisei quod Jhesus plures facit et baptizat. et
et baptizat quod Johannes quod Jhesus non baptizaret sed discipuli eius Et
reliquit Judeam abiit et regressus est in Galileam Oportebat autem eum transire per Samariam
Venit ergo in civitatem Samarie que dicitur Sichar iuxta predium quod dedit Jacob filio suo Erat autem ibi
fons Jacob Jhesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic super fontem hora
autem erat quasi sexta Venit mulier de Samaria haurire aquam
dicit ei Jhesus da mihi bibere Discipuli enim eius abierant in civitatem
ut cibos emerent Dicit ergo ei mulier samaritana Quomodo tu cum
deus cum sis a me potes bibere quam mulier samaritana Non enim
conutuntur Judei samaritanis Respondit Jhesus et dixit ei Si scires do
num dei et quis est qui dicit tibi da mihi bibere tu forsitan petisses
abeo et dedisset tibi aquam viuam Dicit ei mulier Domine neque quo
hauriatur habes et puteus altus est Unde ergo habes aquam viuam
Numquid tu maior es patre nostro Jacob qui dedit nobis

21 dixerat

B. Infra 22. habuimus finem Ezech. 3. libri.

C.

puteum et unde ex eo bibit et filii eius et pecora eius. Respondit iesus
et dixit ei omnis qui bibit ex aqua hac sitiet iterum. Qui autem biberit
ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in eternum sed aqua quam ego dabo
ei fiet in eo fons aquae salientis in vitam eternam. Dicit ad eum mulier
Domine da mihi aquam hanc ut non sitiam neque veniam huc haurire
Dicit ei iesus vade vocem virum tuum et veni huc. Respondit mulier et dixit
ei non habeo virum. Dixit ei iesus Bene dixisti non habeo virum.
Quinque enim viros habuisti et nunc quem habes non est vir tuus
hoc vere dixisti. Dicit ei mulier Domine video quia propheta es tu. Patres
nostri in monte hoc adorabant et vos dicitis quia in templo est locus
ubi adorare oportet. Dicit ei iesus Mulier credite mihi venit
hora quando neque in monte hoc neque in hierosolimis adorabitis pa
trem Vos adoratis quod nescitis nos adoramus quod scimus quia sa
lus ex iudeis est. Sed venit hora et nunc est quando veri adora
tores adorabunt patrem in spiritu et veritate. Nam et pater tales
quaerit qui adorent eum. Spiritus est deus et eos qui adorant eum in spiritu
et veritate oportet adorare. Dicit ei mulier Scio quia messias
venit qui dicitur xpus cum ergo venerit ille adnuntiabit nobis omnia
Dicit ei iesus Ego sum qui loquor tecum. Et continuo venerunt
discipuli eius et mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nec
tamen dixit quid quaeris aut quid loquis cum ea. Reliquit ergo hydriam
suam mulier et abiit in civitatem. Et dicit illis hominibus venite et
videte hominem qui dixit mihi omnia quaecumque feci. Numquid ipse
est xpus. Et exierunt de civitate et veniebant ad eum. Interrogabant
eum discipuli eius dicentes Rabbi manduca. Ille autem dixit
eis Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. Dixerunt
ergo discipuli ad invicem Numquid aliquis attulit ei manducare
Dicit eis iesus Meus cibus est ut faciam voluntatem eius qui mi
sit me ut perficiam opus eius. Nonne vos dicitis quia adhuc
quatuor menses sunt et messis venit. Ecce dico vobis levate
oculos vestros. Videte regiones quia albae sunt ad messem
qui metit mercedem accipit et congregat fructum in vitam aeternam
ut et qui seminat simul gaudeat et qui metit. Hic enim est verbum verum
quia alius est qui seminat et alius est qui metit. Ego
misi vos metere quod non laboastis. Alii laboraverunt et vos in
laborem eorum introiistis. Veritate ad ista intendere debetis.
Samaritanus quod verbum intuitus testimonium philetis. Et dixit

mecum ad quidem ser. Cum ergo excessent a illis samaritani
rogauerunt eum ut ibi maneret. Et mansit ibi duas dies. Et multi
to plures crediderunt ppter sermonem eius. Et mulieri dicebant quia iam
non ppter tuam loquelam credimus. Ipsi enim audiuimus. Et scimus quia hic
est vere saluator mundi. Post duas autem dies exiit inde et
abiit in galileam. Ipse enim ihesus testimonium phibuit quia profeta in
patria honorem non habet. Cum ergo venisset in galileam accepe
runt eum galilei. cum omnia vidissent quecumque fecerat ihesus hierosolimis
in die festo. Venerunt iterum in die festi. Filio reguli a.

23. Venit ergo iterum in cana galilee ubi fecerat aquam vinum. Et erat quidam regulus cuius filius infirmabatur
capharnaum. Hic audiens quia ihesus aduenerit iudea in ga
lileam abiit ad eum et rogabat eum ut descenderet et sanaret filium
eius incipiebat enim mori. Dixit ergo ihesus ad eum. Nisi
signa et prodigia videritis non credetis. Dicit ad eum regulus
Domine descende priusquam moriatur filius meus. Dicit ei ihesus
vade filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quem dixit
ei ihesus et ibat. Iam autem eo descendente pueri occurrerunt ei
et nuntiauerunt dicentes quia filius eius viuit. Interrogabat
ergo horam a quibus melius habuerit. Et dixerunt ei quia heri
hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater
quia illa hora erat in qua dixit ei ihesus filius tuus vi
uit. Et credidit ipse et domus eius tota. Hoc iterum secundum
signum fecit ihesus cum venisset a iudea in galileam. De libri tradi
cion ipsi ihesu et eiection eius ex ciuitate Pelytta nazareth venit
capharnaum. a. l. d. l. l. l. ff. l.

24. Et factum est in illo tempore. Et egressus inde
in synagogam eorum et magistrabat omnibus. Et venit
in nazareth ubi erat nutritus. Et intrauit secundum consuetudinem suam
die sabbati in synagogam et surrexit legere. Et traditus est illi
liber ysaye prophete. Et ut reuolutum libri inuenit locum ubi
scriptum erat. Spiritus domini super me propter quod unxit me euangelizare
pauperibus misit me sanare contritos corde et predicare aperiri
captiuis et cecis visum dimittere confractos in remissionem predicare a
nno domini acceptabilem et diem retributionis. Et cum plicuisset librum reddidit
ministro et sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum
cepit autem dicere ad illos quia hodie impleta est hec scriptura in aures
vestras. Et omnes testimonium illi dabant et mirabantur in verbis gra
tie que procedebant de ore ipsius. Et dicebant. Nonne hic est filius ioseph

a Et ait illi utique dicetis mihi hanc similitudinem Medice cura te ipsum
Quanta audivimus facta in capharnaum fac et hic in patria tua Dic
autem amen amen dico vobis quia nemo propheta acceptus est in patria sua
In veritate dico vobis Multe vidue erant in diebus helye in israel
quando clausum est celum annis tribus et mensibus sex cum facta
esset fames magna in omni terra Et ad nullam illarum missus est
helyas nisi in sarepta syndonie ad mulierem viduam Et multi
leprosi erant in israel sub heliseo propheta et nemo eorum mundatus
est nisi neaman syrus Et repleti sunt omnes in synagoga ira hec
audientes Et surrexerunt et eiecerunt illum extra civitatem Et
duxerunt illum usque ad supercilium montis super quem civitas eorum erat
edificata et precipitaverunt eum. Ipse autem transiens per medium eorum
b ibat Et relicta civitate nazareth descendit venit et habitavit in
capharnaum civitatem galilee maritimam in finibus zabulon et
neptalim Ut adimpleretur quod dictum est per ysaiam prophetam Terra
zabulon et terra neptalim via maris transiordanem galilee mt. 4.
gentium populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam
et sedentibus in regione umbre mortis lux orta est eis Ex inde ce
pit ihesus predicare et dicere regni dei dicens quoniam impletum est tempus
penitentiam agite et credite evangelio Appropinquat enim regnum celorum
xli Factum est autem cum turbe De 2. vocacione 4. apostolorum ad l. 4.
irruerent in ihesum ut audirent verbum dei familiaritate
Et ipse stabat secus stagnum genezareth et vidit duas na
ves stantes secus stagnum Piscatores autem descenderant ut
lavarent retia Ascendens autem in unam navim que erat symonis
rogavit eum a terra reducere pusillum Et sedens de navicula
docebat turbas. Ut autem cessavit loqui dixit symoni duc
in altum et laxate retia vestra in capturam Et respondens
symon dixit illi Preceptor per totam noctem laborantes nichil
cepimus In verbo autem tuo laxabo rethe Et cum hoc fecissent
concluserunt piscium multitudinem copiosam Rumpebatur autem rethe eorum
Et annuerunt qui erant in alia navi ut venirent et adiuvarent
eos Et venerunt et impleverunt ambas naviculas Ita ut pene
mergerentur Quod videret petrus procidit ad genua dicens
Exi a me domine quia homo peccator sum Stupor autem circumdederat eum et omnes qui cum illo erant in captura piscium quam ceperant.

Filii iacobi et Johem filios zebedei qui erant socii symonis et
dixit ad symonem ihesus Noli timere ex hoc enim capiens es
ductis in terra omnibus secuti sunt eum. Dominica

Ambulans autem ihesus secus mare galilee vidit duos fratres symonem qui vocatur pe
trum et andream fratrem eius mittentes retia in mare erant enim
piscatores Et ait illis ihesus venite post me faciam vos fieri piscatores
hominum Et illi continuo relictis retibus secuti sunt eum Et pro
gressus inde pusillum vidit alios duos fratres iacobum zebedei
et Johem fratrem eius in navi cum zebedeo patre eorum reficientes
et vocavit eos Illi autem statim relictis
retibus et patre suo zebedeo in navi cum mercenariis abierunt
post eum. De expulsione immundi spiritus et sanatione eius Sermo

Et ingrediebantur capharnaum et statim
sabbatis ingressus in synagogam docebat eos et stupebant
super doctrina eius erat enim docens eos quasi potestatem habens et non sicut
scribe et pharisei et erat in synagoga eorum homo in spiritu immundo et exclamavit voce magna dicens Sine quid
nobis et tibi iesu nazarene venisti an tempus perdere nos Scio te
qui sis sanctus dei et increpavit eum dicens
obmutesce et exi ab illo et discerpens eum spiritus immundus et exclamans
voce magna exivit ab eo et factum est illud omnes in medio exi
vit ab illo nichil illi nocuit et factus est pavor omnibus et
mirati sunt omnes ita ut quererent inter se et colloquebantur ad
invicem dicentes Quid hoc est hoc quidnam doctrina hec nova
quia cum potestate et spiritus et virtute imperat immundis spiritibus
et exeunt et obediunt ei. Et processit rumor eius statim et di vul
gatum est fama de illo in omnem locum in vicinam galilee et
circuibat ihesus tota galilea docens in synagogis eorum et predicans
evangelium regni et sanans omnem languorem et omnem infirmitatem
populi et abiit apud eum totam syriam et obtulerunt ei om
nes male habentes varijs languoribus et tormentis et dyabolicos et
lunaticos et paralyticos et curavit eos
et secuti sunt eum turbe multe de galilea et decapoli et hierusalem et iudea et de trans iordanem. De sancto Symone et Andrea

Et egressus ihesus de synagoga venit in domum
simonis et andree cum iacobo et Johanne
et socrus symonis tenebatur magnis febribus
et rogaverunt eum de illa et stans super illa imperavit febri et dimisit

no e ipsa la
dei sanatoz
illud de eadem
cui predicti
alios sanavit
tamen non in
gens. quia
illa et ha capra
no stier.

leuauit ea a phisa manu eius et dimisit eam febris et sur-
rexit et ministrabat eis. Vespere autem facto cum occidisset sol omnes qui
habebant infirmos duc eis longe varie ducebant illos ad eum
Ad ipsum adeum omnes male habentes et multos demoniis habentes
et erat omnis civitas congregata ad ianuam et ille singulis manus
imponens curabat eos. Exibant autem et demonia multa eiciebat et sinebat
loqui demonia quia sciebant eum. Et mane valde
habentes circulum et admirabantur et dicebant quid est hoc quod
hic infirmitates vestras accepit et egrotationes portauit. Et factum
est cum transiret per medium eius et ibat per fines decapolis
et venerunt iterum ad mare galilee et transiens per medium fines decapolis
venerunt in finibus gerasenorum. Et cum exisset de navi
continuo occurrerunt ei de monumentis homines habentes spiritum immundum
qui habitabat in monumentis et nemo poterat eum
ligare catenis quia sepe compedibus et catenis vinctus
fuerat et disrupta a me catene et comminuta compedes et nemo
poterat eum domare. Et semper die ac nocte in montibus
et in monumentis erat clamans et concidens se lapidibus.
Et cum videret iesum longe cucurrit et adorauit eum
et exclamans voce magna dixit quid mihi et tibi iesu fili dei
altissimi adiuro te per deum ne me torqueas. Dixerat enim
illi exi spiritus immunde ab homine. Et interrogabat eum
quid nomen tuum et ait illi legio nomen mihi quia multi sumus
et rogabant eum ne expellere eos extra regionem. Erat autem
ibi circa montem grex porcorum magnus pascens. Et
rogabant eum dicentes mittere nos in porcos ut in eos
intremus. Et continuo dedit eis iesus. Et egressi spiritus immundi
intrauerunt in porcos et impetu ceciderunt grex per
precipitium in mare quasi duo milia et suffocati sunt in mare.
Et fugientes porcorum pastores nuntiauerunt in civitatem
et in villas et exierunt videre quid factum esset. Et
venerunt ad iesum et videbant eum qui fuerat
legionem habentem sedentem vestitum et sanum
et timuerunt. Et narrauerunt illis qui viderant
quomodo factum fuerat legionem et de porcis.
Et ceperunt rogare illum ut discederet de finibus
eorum. Et cum ascendisset navem coepit rogare
eum qui fuerat legionem habens ut esset cum illo.
Et non dimisit eum sed ait illi vade in domum tuam
ad tuos et annuntia illis quanta tibi dominus fecit
et misericordiam tuam. Et abiit et cepit
predicare in decapoli quanta fecit illi iesus
et omnes mirabantur.

29. Et post exit de oratione Matheo. fra cum bmoez
et ad mirabat inde ihs egressus est rursus ad mare omnis
turba venit ad eum et docebat eos et cum pransisset vidit ihs publicanum
sedentem super telonium matheum dixit illi sequere me et relictis omnibus surgens secutus est eum. l. 6. 12. 3.

30. Et de oratione. 12. apostolorum et apostolorum numeratione secundum ordinem et
ordinem et erat proximus mortis dei et ad diem festum
est hominum discipulos suos quos voluit apud se habere adeum
et fecit ut essent duodecim ad illo et ut mitteret illos predicare
et habere potestatem curandi infirmitates et eiciendi demonia et
et apostolos nominauit

1. Simonem qui et petrum
2. Andream fratrem eius
3. Iacobum zebedei
4. et Iohannem fratrem Iacobi
5. Philippum
6. Bartholomeum
7. Matheum
8. Thomam
9. Iacobum alphei
10. Simonem qui vocatur zelotes thamaneum
11. Iudam Iacobi thaddeum
12. Iudam scharioth qui fuit proditor et
tradidit illum. &c.

et apposuit eis nomina quemadmodum
qui est filius tonitrui. &c.

Sybinio
cuy mesin
. 38.

Et descendens Ihs de monte cum illo stetit in loco campestri et
turba discipulorum eius et multitudo copiosa plebis a tota Iudea
et Iherusalem et maritima Tyri et Sydonis qui venerunt ut audirent
eum et sanarentur a langoribus suis et qui vexabantur a spiritibus
immundis curabantur. Et omnis turba querebat eum tangere
quia virtus de illo exibat et sanabat omnes. Videns autem Ihs turbas
ascendit in montem et cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius
et aperiens os suum docebat eos dicens. Dominica de monte et de beatitudinibus

1. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. enumeratio
2. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Ay. G. c. 11.
3. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur.
4. Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur.
5. Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. apostol. gnedi
6. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. con. Ay. o. l. 12.
7. Beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur. Ecclesiam
8. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam quoniam ipsorum est regnum
Beati estis cum maledixerint vobis homines et persecuti vos fuerint
et dixerint omne malum adversum vos mentientes propter me. Gaudete
et exultate quoniam merces vestra copiosa est in celis. Sic chenzi libro
Beati estis cum maledixerint vobis homines et persecuti vos fuerint
et dixerint omne malum adversum vos propter me. Gaudete et exultate quoniam
merces vestra copiosa est in celis. Beati qui nunc esuritis quoniam satiabimini.
Beati qui nunc flentis quoniam ridebitis. Delegis implenon.
Ve vobis qui saturati estis quoniam esurietis. Ay. Gr. l. 13.
Ve vobis qui nunc ridetis quoniam lugebitis et flebitis. Propter eos.
Ve vobis cum benedixerint vobis homines secundum pseudo prophetas
Vos estis sal terre quod si sal evanuerit in quo salietur ad
nichilum valet ultra nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus.
Non potest ciuitas abscondi supra montem posita
neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio sed super candelabrum
ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra
coram hominibus ut videant bona opera vestra et glorificent patrem
vestrum qui in celis est. Nolite putare quoniam venerim solvere legem aut
prophetas non venio solvere sed adimplere. Amen dico vobis donec
transeat celum et terra iota unum aut unus apex non preteribit.

m.v. Consiliorum ad legem et votum addico et quos intelligo
in lege donec omnia fiant. Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis et docuerit sic homines minimos vocabitur in regno celorum. Qui autem fecerit et docuerit hic magnus vocabitur in regno celorum. Dico enim vobis quia nisi habundaverit iustitia vestra plus quam scribarum et pharisaeorum non intrabitis in regnum celorum.

m.vi. Audistis quia dictum est antiquis. Non occides. Qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem dico vobis quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo raca reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue reus erit gehenne ignis. Si ergo offeres munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversus te relinque ibi munus tuum ante altare et vade prius reconciliari fratri tuo et tunc veniens offeres munus tuum. Esto consentiens adversario tuo cito dum es in via cum eo. Ne forte tradat te adversarius iudici et iudex tradat te ministro et mittaris in carcerem. Amen dico tibi non exibis inde donec reddas novissimum quadrantem. ⁊c.

vii. Audistis quia dictum est antiquis. Non moechaberis. Ego autem dico vobis quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam moechatus est eam in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te eruc eum et proice abeste. Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum quam totum corpus tuum eat in gehennam. Dictum est autem quia quicumque dimittit uxorem suam det illi libellum repudii. Ego autem dico vobis quia omnis qui dimittit uxorem suam excepta ob fornicationem facit eam moechari et qui dimissam duxerit adulterat.

viii. Audistis rursum quia dictum est antiquis. Non periurabis. Reddas autem domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis non iurare omnino. Neque per celum quia thronus dei est. Neque per terram quia scabellum pedum eius est. Neque per Hierosolima quia civitas magni est regis. Neque per caput tuum iurabis quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo vester est est. Non non. Quod autem his habundantius est a malo est.

Iudicialium exercitatio m. vi.

ix. Audistis quia dictum est. Oculum pro oculo dente pro dente. Ego autem dico vobis non resistere malo. Sed si quis te percusserit in dexteram maxillam. Praebe ei et alteram et qui vult tecum iudicio contendere et tunicam tuam tollere dimitte ei et pallium. Quicumque te angariaverit mille passus vade cum illo alia duo. Qui petit a te da ei et volenti mutuari a te ne avertaris. Et quia audisti quia dictum est. Diligis proximum tuum et odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis. Diligite inimicos vestros benefacite his qui oderunt.

De dilectione inimicorum et mutuum gratuitum dando

x. Audistis quia dictum est. Diligetis proximum tuum et odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis. Diligite inimicos vestros benefacite his qui oderunt.

8 De ypocritis dicentibus orationes et medicorum et eliye 9 et 10

uos benedicite maledicentibus uobis Et orate pro persequentibus et
calumniantibus uos ut sitis filii patris uestri qui in celis est Qui
solem suum oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos
et iniustos Si enim dilexeritis eos qui uos diligunt quam mercedem habe
bitis Nonne hoc et publicani hoc faciunt. Et si salutaueritis fratres uestros tan
tum quid amplius facietis Nonne et ethnici hoc faciunt Et si feneraueritis
his a quibus speratis accipere quid gratie uobis est Nam et peccatores peccatoribus fenerantur
ut recipiant equalia. Verumtamen diligite inimicos uestros
et benefacite et mutuum date nichil inde sperantes et erit mer
ces uestra multa et eritis filii altissimi quia ipse benignus est
ingratis et malis. Estote ergo uos perfecti sicut et pater
uester celestis perfectus est Attendite ne iustitiam uestram coram hominibus
faciatis ut videamini ab eis Alioquin mercedem non habebitis
apud patrem uestrum qui in celis est. Cum ergo facis eleymosinam
noli ante te tubicinare sicut ypocrite faciunt in synagogis et
in uiis ut honorificentur ab hominibus. Amen dico uobis receperunt
mercedem suam. Te autem faciente eleymosinam nesciat sinistra tua
quid faciat dextera tua. ut eleymosina sit in abscondito et pa
ter tuus qui uidet in abscondito reddet tibi Et cum oratis non
eritis sicut ypocrite qui amant in synagogis et in angulis
platearum stantes orare ut uideantur ab hominibus. Amen dico
uobis receperunt mercedem suam. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum
tuum et clauso ostio ora patrem tuum in abscondito et pater
tuus qui uidet in abscondito reddet tibi Orantes autem nolite
multum loqui sicut ethnici faciunt putant enim quia in multiloquio suo
exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis Scit enim pater uester
quid opus sit uobis antequam petatis eum Sic ergo eum orabitis.

Pater noster qui es in celis
sanctificetur nomen tuum.
Adueniat regnum tuum.
Fiat uoluntas tua sicut in celo et in terra
Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie
Et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris
Et ne nos inducas in temptationem
Sed libera nos a malo Amen.

Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum dimittet
uobis pater uester celestis peccata uestra Si
autem non dimiseritis hominibus
neque pater uester dimittet uobis peccata
Cum autem ieunatis
Nolite fieri sicut ypocrite tristes Exterminant enim facies suas ut
appareant hominibus ieunantes amen dico uobis receperunt mercedem

Qualiter orandum et qualiter indulgendum et qualiter ieunandum ag 6
9 10 11

12 Quale thesaurizandum non in terra. 13. Quo intuendum dirigendum.

11 sua. Tu autem cum ieunas unge caput tuum et facie tua la-
ua ne videaris hominibus ieunans. Sed patri tuo qui est in abscondito
et pater tuus qui videt te in abscondito reddet tibi. ¶ Nolite
12 thesauros vobis thesaurizare in terra ubi erugo vel tinea
demolitur et ubi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate
autem vobis thesauros in celo ubi nec erugo nec tinea de-
13 molitur et ubi fures non effodiunt nec furantur. Ubi est enim
thesaurus tuus ibi est et cor tuum. ¶ Lucerna corporis tui est oculus
tuus. Si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum
erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam totum corpus tuum tenebro-
sum erit. Si ergo lumen quod in te est tenebre sunt ipse tenebre
quante erunt. ¶ Nemo potest duobus dominis seruire aut enim unum odio
14 habebit et alterum diliget / aut unum sustinebit et alterum con-
temnet. Non potestis deo seruire et mamone. Ideo dico
vobis. Ne solliciti sitis anime vestre quid manducetis neque corpori
vestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca
et corpus plus quam vestimentum. Respicite volatilia celi quoniam non seminant
neque metunt neque congregant in horea et pater vester celestis pascit ea.
Nonne vos magis pluris estis illis. Quis autem uestrum cogitans potest adicere ad staturam suam cubitum unum. Si ergo
neque quod minimum est potestis. Quid de vestimento adicetis? Con-
siderate lilia agri quomodo crescunt non laborant neque
nent. Dico autem vobis quoniam nec salomon in omni gloria sua vestitus
non coopertus est sicut unum ex istis. Si autem fenum agri quod hodie
est et cras in clibanum mittitur deus sic vestit quanto magis vos
modice fidei. ¶ Nolite ergo solliciti esse dicentes quid manducabimus aut quid bibemus aut quo operiemur. Et nolite sublimare
tollere. Hec enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester
quia horum omnium indigetis. Querite ergo primum regnum dei et
iustitiam eius et hec omnia adicientur vobis. Nolite ergo solli-
citi esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipse.
Sufficit enim diei malicia sua. ¶ Estote ergo misericordes
sicut et pater vester misericors est. Nolite iudicare et non iu-
dicabimini. Nec enim iudicio iudicauerit iudicabimini. No-
lite condemnare et non condemnabimini. Dimittite et dimitte-
mini. Date et dabitur vobis. Mensuram bonam et confertam et
agitatam et super effundent dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura
Quale mittendum non iudicandum non ipse arguendum. Nil

Quam multum distat homo a pecunia

Quia instant oratio. 18.

16 Ver portis n̄r cum by sanctis dare Quia instant oratio. 18.
qua mensis fructus remeretur vob̄ Erebat autem
illis filius diez. Nūq̄ pt̄ retus certū diē vēnie ambo
ipsoū cadit. No est discipulus sup̄ magistrū. perfectus ad
omnis erit si sit sicut maḡr eius. Quid ad videt festuca
in oculo fratris tui. et trabē in oculo tuo non vides. Aut
quo dicis fratri tuo. frater sine eiciam festuca de oculo tuo
.m. .l. et ecce trabes est in oculo tuo Hypocrita eice primū trabē
de oculo tuo et tūc videbis eicere festuca de oculo fratris tui
16 Nolite sanctis dare canibus nec mittatis margaritas
vestras ante porcos ne forte conculcent eas pedibus suis
et conversi dirumpant vos Petite et dabit vob̄ 18
Quere et inveniet pulsate et aperiet vob̄. Omis q̄ petit ac
cipit et q̄ quirit inveniet et pulsanti aperiet Aut quis est
ex vobis homo cui si petierit filius suus panem nūq̄
lapidem porriget ei Aut si petierit piscem nūq̄ serpentem
porriget ei Aut si petierit ovum nūq̄ scorpionem porriget
ei Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data da
re filijs vestris quanto magis pater vester q̄ de celis est da
bit spiritum bonum petentibus se Omia ergo quecq̄ vul 18
ut faciat vobis homines ita et vos facite illis Hec enim est lex et
prophete Intrate per angustam portam. Quia lata porta et spacio
sa via est q̄ ducit ad perditionem et multi sunt q̄ intrant per eam
Quam angusta porta et arcta via q̄ ducit ad vitam et paucī sunt
qui inveniunt Cauete a falsis prophetis qui
venient ad vos in vestimentis ovium intrinsecus autem sunt lupi
rapaces a fructibus eorum cognoscetis eos Nūq̄ colligunt de
spinis vinea. Aut de tribulis ficus Sic omis arbor
bona q̄ facit fructus malos Neq̄ arbor mala facit fructus
bonos. Omis quoq̄ arbor de fructu suo cognoscitur. Neq̄
enim de spinis colligunt ficus Neq̄ de rubo vindemiant
uvas Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona.
et malus homo de malo thesauro profert malum Ex abundan
tia enim cordis os loquitur Sic omis arbor bona fructus bonos fac
mala autem arbor fructus malos facit Non potest arbor bona
fructus malos facere Nec arbor mala fructus bonos facere
Omis arbor q̄ non facit fructum bonum excidetur et in ignem
mittetur Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Ze.
Quali habenda nomina falsorum prophetarum ex fructibus 19.

Omnis arbor q̄ non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur

Fr̄is no pōt intrare
est nisi stultorum

19

Qualiter colendus deus non ore solum sed operis efficacia M. 7.

.20. Quid autem vocatis me domine domine et non facitis que dico vobis
Non omnis qui dicit michi domine domine intrabit in regnum celorum
21 Multi dicent mihi in illa die domine domine nonne in nomine tuo prophetavimus
et in nomine tuo demonia eiecimus et in nomine tuo virtutes multas fecimus
Et tunc confitebor quia numquam novi vos discedite a me qui opera-
mini iniquitatem. Omnis qui venit ad me et audit sermones meos
et facit eos ostendam vobis cui similis sit. Similis est homini sapienti
edificanti domum qui fodit in altum et posuit fundamentum super
petram. Et omnis qui audit verba mea et hec non facit similis
est stulto qui edificavit domum suam supra arenam sine
fundamento et descendit pluvia et flumina venerunt
et flaverunt venti et irruerunt in domum illam et ceciderunt et fuit ruina domus illius
magna. Et factum est cum consummasset ihesus sermones et verba hec
admirabantur turbe super doctrina eius. Erat enim docens
eos sicut potestatem habens et non sicut scribe eorum et pharizei

Et descendit pluvia et flumina venerunt et flaverunt venti et irruerunt in domum illam et non cecidit fundata enim erat super firmam petram.

.9. .31. Cum autem descendisset ihesus de monte De leproso .E.1.
secute sunt eum turbe Sanato post descensum M. 8.
Et factum est cum esset in una civitatum et ecce leprosus plenus
lepra videns ihesum veniens adorabat eum deprecans et ge-
nu flexo et procidens in faciem rogabat eum dicens domine si
vis potes me mundare. Ihesus autem misertus ei extendens
manum tetigit eum dicens volo mundare. Et confestim
mundata est lepra eius. Et comminatus est ei statimque
eiecit illum et dixit et precepit ei vade nemini dixeris
sed vade ostende te sacerdotibus et offer pro emundacione tua
munus quod precepit moyses in testimonium illis. Et egressus cepit
predicare et diffamare sermonem. Et ambulabat ad magis
sermo de illo. Et conveniebant turbe multe ut audirent illum
et curarentur ab infirmitatibus suis. Ita ut iam non posset mani-
feste introire in civitatem sed foris in desertis locis esse. Ipse
autem sedebat in desertum et orabat et conveniebant ad eum undique

.32. Cum autem implesset omnia verba sua. De servo centurionis
ad aures plebis intravit chapharnaum. M. 8. L. 7.
Centurionis autem cuiusdam servus male habens erat moriturus
qui illi erat pretiosus. Et cum audisset de ihesu misit ad eum
seniores iudeorum rogans eum ut veniret et sanaret servum eius
Et illi cum venissent ad ihesum rogabant eum sollicite dicentes ei

M. 7. Quia operacio miraculorum non salvat sed stabilitas

et dignus est ut hoc illi praestes. Diligit enim gentem nostram
et synagogam ipse aedificavit nobis. Iesus autem ibat cum illis. Et cum
iam non longe esset a domo misit ad eum centurio amicos suos. Et
accessit ad eum centurio rogans eum et dixit Domine noli vexari
nec enim sum dignus ut sub tectum meum intres. Propter quod et me
ipsum non sum dignum arbitratus ut veniam ad te. Sed tantum dic
verbo et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate
constitutus habens sub me milites et dico huic vade et vadit et
alio veni et venit et servo meo fac hoc et facit. Audiens autem
Iesus admiratus est et conversus sequentibus se turbae dixit Amen
dico vobis non inveni tantam fidem in Israel. Et ecce ad Iesum quidam
obviantes et ecce viri ducentes in lectulo quem erat paralyticus
et Iacob in regno celorum. Filii autem regni eicientur in tenebras
exteriores ubi erit fletus et stridor dentium. Et dixit ei centurio
vade et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer illa hora
et reversi qui missi fuerant domum invenerunt puerum qui langue
verat sanum. de filio viduae suscitato. Et factum est deinceps quod ibat in civitatem quae vocatur Naim
et ibant cum eo discipuli eius et turba copiosa. Cum autem appro
pinquaret portae civitatis ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suae
et haec vidua erat et turba civitatis multa cum illa. Quam cum
vidisset Dominus misericordia motus super eam dixit illi noli flere. Et ac
cessit et tetigit loculum. Hi autem qui portabant steterunt. Et ait ado
lescens tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus et coepit loqui
et illum dedit matri suae. Accepit autem omnes timor et magnifi
cabant Dominum. Dicentes quia propheta magnus surrexit in nobis
et quia visitavit plebem suam. Et exiit hic sermo in Iudeam
universam in omnem circumcircam regionem. de duobus
Videns autem Iesus turbas multas circumsedentes iussit discipulos suos transire trans
ficta est autem ambulantibus illis in via accedens unus scribarum ait illi
magister sequar te quocumque ieris. Et dixit ei Iesus vulpes fo
veas habent et volucres celi nidos filius autem hominis non habet ubi ca
put suum reclinet. Alius autem ait illi Domine sine me primo ire et sepelire patrem
meum. Ait autem ad eum Sequere me et dimitte mortuos sepelire
mortuos suos. Tu autem vade et annuntia regnum Dei. Et alter ait

33

38

f.

Sequar te dne sz primum permitte michi renuntiare hys
qui domi sunt. Ait aut ad illum ihus Nemo mittens
manum ad aratrum et respiciens retro aptus est regno dei

34. In illo die cum sero factum esset De quietacon mar. ad iussu xpi. M 8 R 9.
ait discipulis suis transeamus contra
et dimittentes turbam assumunt eum ita ut erant et ipse ascen
dit in naviculam et alie naves erant cum illo et ascendente eo in
naviculam secuti sunt eum discipuli eius et ait ad illos transea
mus transtagnum et ascenderunt Navigantibus autem illis
obdormivit et ecce motus magnus factus est in mari et
ascendit procella magna venti in stagnum et fluctus mitte
bat in navem ita ut navicula operiretur fluctibus et compelle
bantur fluctibus et periclitabantur ipse vero dormiebat.
Et erat in pupi super cervical dormiens et accesserunt
ad eum discipuli eius et suscitaverunt eum dicentes magister
non ad te pertinet quod perimus Sane preceptor salva nos peri
mus Tunc surgens imperavit ventis et mari et co
minatus est vento et increpavit ventum et tempestatem
aque et dixit mari tace obmutesce et cessavit ventus
et facta est tranquillitas magna. Dixit autem eis ubi est
fides vestra Quid timidi estis modice fidei Nec dum ha
betis fidem Porro homines mirati sunt et timuerunt timore
magno et dicebant ad alterutrum Quis putas est iste
Qualis est hic quia ventis et mari imperat et obediunt ei.

36. Navigarunt autem De duobus demoniacis curatis
et venerunt transfretum maris in regionem M 8 R 4.
gerazenorum que est contra galileam Et cum cum venisset ihus et
egressus esset terram occurrerunt ei duo habentes demonia de
monumentis exeuntes sevi nimis ita ut nemo transire posset
per viam illam Statim occurrit ei de monumentis homo in spiritu
immundo qui habebat demoniam iam temporibus multis et vestimento non
induebatur nec in domo manebat qui domicilium habebat
in monumentis et nec catenis iam quisquam poterat eum ligare
quia sepe compedibus et catenis vinctus dirupisset catenas et
compedes comminuisset et nemo poterat eum domare et semper
die ac nocte in monumentis et montibus erat clamans et

Et concidens se lapidibus. Videns autem Ihesum a longe cucurrit et
adoravit eum. Et procidit ante illum. Et ecce ambo clamaverunt
voce magna dicentes: Quid nobis et tibi Ihesu fili dei altissimi?
Cur venisti huc ante tempus torquere nos? Adiuro te per deum
et obsecro te ne me torqueas. Precipiebat enim spiritui immundo
ut exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum.
Et vinciebatur catenis et compedibus custoditus et ruptis vi-
agebatur a demoniis in deserto. Dicebat enim illi Ihesus: Exi
spiritus immunde ab homine. Interrogavit autem illum Ihesus dicens:
Quod tibi nomen est? At ille dixit: Nomen michi est legio
quia multi sumus quia intraverunt demonia multa in eum. Et de-
precabatur eum multum ne se expelleret extra regionem. Et rogabant
illum ne imperaret illis ut in abissum irent. Erat autem non longe
ab eis grex porcorum multorum circa montem pascens in agris in
monte. Demones autem rogabant illum dicentes: Si eicis
nos hinc mitte nos in gregem porcorum ut in eos intreamus
et permisit illis statim. Et ait Ihesus illis: Ite. At illi exeuntes
abierunt et introierunt in porcos. Et ecce magno impetu abiit
totus grex per preceps in stagnum et precipitatus est in mari ad
duo milia et suffocati sunt in mari et mortui sunt in aquis.
Quod factum ut viderunt pastores qui pascebant eos fugerunt et
venientes nuntiaverunt in civitatem et in agros et in villas hec omnia
et de hiis qui demonia habuerant. Et ecce tota civitas exiit
obviam Ihesu. Exierunt autem videre quod factum est. Et convenerunt ad Ihesum
et viderunt illum qui a demonio vexabatur. Aquo demonia exierant
sedentem ad pedes eius vestitum et sane mentis et timuerunt.
Nunciaverunt autem illi et hii qui viderant quomodo sanus factus esset
a legione et de porcis. Et viso eo rogaverunt eum omnis mul-
titudo regionis Gerazenorum ut transiret a finibus eorum et di-
sceret ab ipsis quia magno timore tenebantur. Ipse autem ascendens
navim reversus est. Cumque ascenderet navim cepit illum deprecari
qui a demonio vexatus fuerat ut esset cum illo. Ihesus autem non ad-
misit eum. Sed ait illi: Vade redi in domum tuam ad tuos et
nuncia illis quanta tibi dominus fecit et misertus sit tui. Et abiit
per universam civitatem et cepit predicare in decapoli quanta sibi fe-
cisset Ihesus et omnes miraverunt. Et cum ascendisset Ihesus in navim rursus
transfretavit et convenit turba multa ad eum et erat circa mare etc.

factum est autem cum redisset ihesus transfretum accepit illum turba
erant enim omnes expectantes eum. De paralitico sana

37 Et ascendens ihesus in naviculam transfretavit to m. 9. R. 2.
et venit in civitatem suam. Et intravit in capharnaum
post dies octo. Factum est autem una dierum et ipse sedebat do
cens. Et auditum est quod in domo esset et convenerunt multi ita
ut non caperent nec ad ianuam et loquebatur eis verbum.
Et erant pharizei et legis doctores qui venerant ex omni
castello galilee iudee et hierusalem. Et virtus domini erat ad
sanandum eos. Et ecce offerebant ei paralitum in lecto.
qui a quatuor portabatur et querebant eum inferre et
ponere ante eum et non invenientes qua parte eum inferrent
pro turba ascenderunt super tectum et nudaverunt tectum ubi erat
submiserunt eum cum lecto in medium ante ihesum. Videns
autem ihesus fidem illorum dixit paralitico fili homo confide re
mittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt cogitare scribe et pharisei
dicentes intra se. Quis est hic qui loquitur blasphemias
Quis potest dimittere peccata nisi solus deus. Ut autem cognovit
ihesus spiritu sancto cogitationes eorum respondens dixit ad
illos. Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris. Quid est fa
cilius dicere dimittuntur tibi peccata tua an dicere surge et
ambula. Ut autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in
terra dimittendi peccata ait paralitico. Tibi dico surge et
tolle lectum tuum et vade in domum tuam. Et confestim surgens
coram illis tulit lectum in quo iacebat et abiit in domum suam
magnificans deum. Et stupor apprehendit omnes et magnifica
bant deum et glorificaverunt qui dedit potestatem talem homi
nibus. Et repleti sunt timore magno dicentes quia vidimus
mirabilia hodie et numquam sic vidimus. De convivio in domo m. 9

38 Fecit autem convivium magnum ei levi in domo sua mathei R. 2
et factum est discumbente eo in domo ecce multi pub
licani et peccatores venientes discumbebant cum ihesu et discipulis
suis. Erant enim multi qui sequebantur eum. Et videntes pharisei
et scribe quia manducaret cum publicanis et peccatoribus mur
murabant dicentes ad discipulos eius. Quare cum publicanis
et peccatoribus manducat magister vester et bibit. Et manducaris
et bibitis. Et respondens ihesus ait illis. Non egent qui sani sunt

medio. Et qui male hunc [illegible] aut dissolute [illegible] est
in [illegible] nec [illegible] non cum [illegible]
justos se putantes adponat. Et erat discipuli Johannis et
phariseorum jejunantes et accesserunt ad eum dicentes. Quare
nos et pharisei jejunamus frequenter et observationem habent
discipuli Jehsu filii et pharisei. tui autem edunt et bibunt.
et non jejunant. Et dixit eis. Nuqid possunt filii sponsi
et nupcias qd diu sponsus est cum illis jejunare et lugere
quanto tempore hunc secum sponsus non potest jejunare. Venient
autem dies cum auferetur ab eis sponsus et tunc jejunabunt
in diebus illis. Nemo autem consuit vestimentum de veteribus
quod [illegible] vestimento novo. Alioquin
auferet supplementum novum a veteri. Tollit enim plenitudinem
eius a vestimento novo rupit et peior et maior scissura fit
et veteri non qd venit qm scissura a novo. Et mittunt vinum
novum in utres veteres alioqui rumpunt utres et vinum effundit
detur. et utres pereunt sed vinum novum in utres novos mittunt
et uterque servantur. Et nemo bibens
veterem statim vult novum. Dixit enim veterem melius est.

Et ecce princeps unus accedens Jairus nomine et cum vidisset eum
cecidit ante pedes eius dicens filia mea modo defuncta est
sed veni impone super eam manum tuam et vivet. Et surgens Jesus sequebatur eum
et discipuli eius. et ecce mulier quae sanguinem patiebatur. 12. annis accessit
retro et tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat enim intra se si tantum
tetigero tantum fimbriam vestimenti eius salva ero. Et confestim stetit

39

Ex eo tempore adhuc de sustentacione filie archisynagoge. Mt. 9.
Et ecce princeps unus de archisynagogis et dum rogasset P. 8.
Jairus nomine cum accesset pedibus eius adpedet eum
et deprecabatur eum multum. Et adorabat eum dicens. Et nitens
domum meam qm modo filia mea adhuc. 12. annis. Et hic
morietur. Adorabat eum dicens. Quia filia mea modo
defuncta est. Proximus est. Et cum pervenisset illi manum
tuam. Et filia sua et vivat. Et surgens sequebatur eum et discipuli
eius et turba multa. Et dum iret quinque ut ibatur ecce
et ecce mulier quae fluxum sanguinis patiebatur. 12. annis qui multum
tum passa est plurimis medicis et erogaverat omnem substantiam suam
nec sunt nec quicquam profecerat ad illo potius ut curari. Et cum audisset de Jesu venit
de turba habebat cum audisset de Jesu venit de turba retro et
tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat enim intra se si
tetigero tantum fimbriam vestimenti eius salva ero. Et confestim stetit

fluxus. Et sanatus est fons sanguinis eius et sensit
corpore quia sanata est a plaga. Et statim ihs in semetipso cognouit
virtute quae exierat ab illo conuersus ad turbam ait. Quis
me tetigit. Et cum diceret omnium negantium autem ait illi petrus
et qui sunt hi qui premunt te et affligunt et tu dicis quis me te
tigit. Et dixit ihs aliquis me tetigit. Nam ego noui virtutem de me exisse. Et circumspiciebat videre eam quae hoc fecerat.
Mulier autem timens quae nouerat quid factum esset in se venit et prouolutus est ante eum et ante pedes eius et obnuntiauit ei coram omni populo et quomodo
confestim sanata sit. Et ihs iustus. Mulier ait ei dixit. Confide filia fides tua te saluam fecit. Vade in pace et esto sana a plaga tua. Et salua facta est mulier ex illa hora. Adhuc eo loquente venerunt nuntii a archisynagogi. Dicentes quia filia tua mortua est quid ultra uexas magistrum. Ihs audito hoc verbo dixit patri puellae. Noli timere tantum crede et salua erit. Et cum venisset ihs in domum principis non admisit quemquam secum nisi petrum iacobum et iohannem fratrem iacobi. Et videt tumultum flentes et ululantes multum et cum
nes flebant ad omnes et plangebant illam. Et ille dixit. Nolite flere quia non mortua est puella sed dormit. Et irridebant eum scientes quia mortua est.
Ipse vero eiectis foris omnibus assumit patrem et matrem puellae quae
erat et ingredientur ubi puella erat iacens et ma
num puellae tenens clamauit et ait illi. Tabutha id est
interpretatum puella tibi dico surge. Et continuo surrexit puella et ambulabat. Et iussit illi dare manducare. Et obstupuerunt stupore magno parentes eius quibus
praecepit cohementer ne cui dicerent quod factum erat et nemo id sciret. Et exiit fama hoc in uniuersam terram. Et egressus inde abiit patriam suam et sequebantur eum discipuli eius.

80 Et cum transiisset inde ihs. de duobus caecis illuminatis. l. 8

Et ecce duo caeci clamantes et dicentes. Miserere
nobis fili dauid cum autem uenisset domum accesserunt ad eum caeci et dixit eis ihs. Creditis quia hoc possum facere. Dicunt ei
illi domine. Et tetigit oculos eorum dicens secundum fidem vestram fiat vobis et aperti sunt oculi eorum. Et commiserit eis ihs dicens
videte ne quis sciat. Illi autem exeuntes diffamauerunt eum

in totam terram illam. Egressis autem illis ecce obtulerunt ei
hominem mutum demonium habentem. Et eiecto demonio locutus est mutus
et mirate sunt turbe dicentes. Numquam sic in Israel. Pharizei autem
dicebant in principe demoniorum eicit demones. De admiratione
turbarum super doctrina Xpi. Mt 13 Ro 6.

Et facto sabbato
cepit in synagoga docere et multi videntes admirabantur
in doctrina eius dicentes. Unde huic hec omnia que est sapientia que da-
ta est illi et virtutes per manus eius efficiuntur. Nonne hic est fa-
bri filius. Nonne mater eius dicitur maria et fratres eius Iacobus
et Ioseph et Symon et Iudas et sorores eius nonne omnes apud nos
sunt. Et scandalizabantur in eo. Ihesus autem dixit illis. Non est propheta
sine honore nisi in patria sua et in domo sua et in cognatione sua. Et non
poterat ullam virtutem ibi facere nisi paucos infirmos impositis ma-
nibus curavit. Et mirabatur propter incredulitatem eorum. De iussione
facta discipulis rogare dominum messis mittere.

Et circuibat Ihesus omnes civitates et castella
in circuitu docens in synagogis eorum
et predicans evangelium regni et curans omnem languorem
et omnem infirmitatem. Videns autem turbas misertus est eis
quia erant vexati et iacentes sicut oves non habentes pastorem. Tunc
dixit discipulis suis. Messis quidem multa operarii autem pauci. Ro-
gate ergo dominum messis ut mittat operarios in messem suam.

Convocatis autem Ihesus 12 apostolis
cepit eos mittere binos dedit illis virtutem
et potestatem super omnia demonia ut eicerent et curarent omnem
languorem et omnem infirmitatem. 12 autem nomina apostolorum hec sunt.

Symon qui dicitur Petrus
Andreas frater eius.
Philippus et
Bartholomeus
Iacobus Zebedei 12.
Iohannes frater eius
Thomas et
Matheus publicanus
Iacobus Alphei et
Thadeus.
Symon Cananeus et
Iudas Scariothis
qui tradidit Xpm.
Et hec apparent etc.

Nos 12 misit Ihesus predicare regnum
dei et sanare infirmos precipiens eis
et dicens. In viam gentium ne abieritis
et in civitates Samaritanorum ne intraveritis
sed potius ite ad oves que perierunt domus Israel.
Euntes autem predicate dicentes quia appropinquabit
regnum celorum.
Infirmos curate
Mortuos suscitate
Leprosos mundate
Demones eicite.

Gratis accepistis
Gratis date
Nolite possidere aurum
neque argentum.
Et precepit eis ne quid col-
lerent in via nisi virgam tantum. Et ait ad il-
los. Nichil tuleritis in via neque virgam neque
peram neque panem neque pecuniam neque in zona
es neque duas tunicas habeatis neque calcia-

23

calceatos sandalis dignus est enim operario cibo suo in-
gressus enim domum dicentis civitate aut castellum intro
gate quibus ca dignus est et ibi manete et inde no exeat
hospitantes autem domum salutate ea dicentes pax huic do
mui. Et si quidem fuerit domus illa digna veniet super
ea pax vestra. Si autem non fuerit digna. pax vestra
ad vos revertetur. Et quicunque non receperit vos nec audie
rit sermones vestros exeuntes foris de domo vel ciui
tate excutite pulverem de pedibus vestris. Amen dico vobis tolerabilius erit terre sodomorum
et gomorrhe in die iudicii quam illi ciuitati. Ecce ego
mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes
sicut serpentes et simplices sicut columbe. Cauete autem ab hominibus
tradent enim vos in concilia et in synagogis flagellabitis vos
et ad presides et reges ducemini propter me in testimonium illis et gentibus
cum autem tradent vos nolite cogitare quomodo aut quid loquamini
dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini non enim vos estis qui
loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem et pater filium et insurgent
filii in parentes et morte eos afficient. Et eritis odio omnibus
hominibus propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit usque in finem hic salvus erit. Cum autem persecuti
fuerint vos in ciuitate ista fugite in aliam. Amen
dico vobis non consumabitis ciuitates israel donec veniat filius hominis
Non est discipulus super magistrum nec seruus super dominum suum
Sufficit discipulo ut sit sicut magister eius et seruus sicut dominus eius
si patrem familias beelzebub vocauerunt quanto magis domesticos
eius. Ne ergo timueritis eos. Nichil enim est opertum
quod non reuelabitur et occultum quod non scietur. Quod dico vobis in
tenebris dicite in lumine et quod audistis predicate super tecta. Et nolite timere eos qui corpus occidunt animam autem non
possunt occidere. Timete autem potius eum timete qui potest animam et corpus
perdere in gehenna. Nonne duo passeres asse venient et unus
ex illis non cadet super terram sine patre vestro. Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere multis passeribus
meliores estis vos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus confitebor et ego eum coram patre meo qui in celis est. Qui autem negauerit me coram hominibus negabo et ego eum coram patre

meo qui indignus est. Nolite arbitrari quia venerim mittere pacem in terram. Non veni pacem mittere sed gladium veni enim separare hominem adversus patrem suum et filium adversus matrem suam et nurum adversus socrum suam et inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem suum aut matrem suam plus quam me non est me dignus et qui amat filium suum aut filiam suam super me non est me dignus et qui non accipit crucem suam et sequitur me non est me dignus. Et qui invenerit animam suam perdet illam et qui perdiderit animam suam propter me inveniet eam. Qui recipit vos me recipit et qui me recipit recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine prophete mercedem prophete accipiet et qui recipit iustum in nomine iusti mercedem iusti accipiet. Et quicumque dederit potum cum exiguum ex istis calicem aquae frigidae tantum in nomine discipuli amen dico vobis non perdet mercedem suam. Et factum est cum consummasset iesus precipiens duodecim discipulis suis. Ecce ascendimus hierosolimam et consummabuntur omnia quae scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus et illudetur et flagellabitur et conspuetur et postquam flagellaverint occident eum et tertia die resurgit. Et ipsi nihil horum intellexerunt et erat verbum istud absconditum eis et non intellegebant quae dicebantur. Et factum est cum appropinquaret iesus iericho quidam caecus sedebat secus viam mendicans audiens autem turbam praetereuntem interrogabat quid hoc esset. Annuntiaverunt autem illi quia iesus nazarenus transit. Et clamavit dicens iesu fili dauid miserere mihi. Et increpabant eum hi qui ibant ut taceret. Ipse autem multo magis clamabat fili dauid miserere mihi. Et stans iesus iussit eum adduci ad illum. Et cum appropinquasset interrogavit eum dicens quid vis faciam tibi. Ait illi domine ut videam. Et iesus ait illi respice fides tua te salvum fecit. Et continuo vidit et sequebatur illum magnificans deum. Et omnis plebs ut vidit dedit laudem deo.

De interrogatione Iohannis III cap. qui venturus

Audiens autem iohannes in vinculis opera xpi mittens duos de discipulis suis ait illi dicens tu es qui venturus es an aliud exspectamus. Respondens autem iesus ait illis euntes renuntiate iohanni quae audistis et vidistis. Caeci vident claudi ambulant leprosi mundantur surdi audiunt mortui resurgunt pauperes evangelizantur et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus coepit iesus dicere de iohanne quid existis in desertum videre arundinem vento agitatam sed quid existis videre hominem mollibus vestitum ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Sed quid existis videre prophetam etiam dico vobis et plusquam prophetam. Hic est enim de quo scriptum est ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam qui praparabit viam tuam ante te. Amen dico vobis non surrexit inter natos mulierum maior iohanne baptista quia autem minor est in regno celorum maior est illo. Diebus iohannis baptiste usque nunc regnum celorum patitur

et violenti rapiunt illud. Omnis enim prophete et lex usque ad Johannem baptistam prophetaverunt. Et si vultis recipere ipse est Helias qui venturus est. Qui habet aures audiendi audiat. Et omnis populus audiens et publicani iustificaverunt Deum baptizati baptismo Johannis. Pharisei autem et legisperiti consilium Dei spreverunt in semetipsos non baptizati ab eo. Cui ergo similes dicam generationem huius et cui similes sunt. Similes sunt pueris sedentibus in foro et loquentibus ad invicem et dicentibus: cantavimus vobis tibiis et non saltastis lamentavimus et plorastis. Venit enim Johannes baptista nec manducans panem nec bibens vinum et Dimonium habet. Venit filius hominis manducans et bibens dicitis: ecce homo vorax et potator vini publicanorum et peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis. de phco qui vocavit xpm ad se. f. 1.

84 Rogavit autem eum quidam pharisaeus ut manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisaei discubuit. Et ecce mulier quae erat in civitate peccatrix. Et cognovit quia accubuisset in domo phisei attulit alabastrum unguenti et stans retro secus pedes eius lacrimis coepit rigare pedes eius et capillis capitis sui tergebat et osculabatur pedes eius et unguento ungebat. Videns autem phisaeus qui vocaverat eum ait intra se dicens: Hic si esset propheta sciret utique quae et qualis est mulier quae tangit eum quia peccatrix est. Respondens Ihesus dixit ad illum: Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: magister dic. Et ait Ihesus duo debitores erant cuidam feneratori unus debebat denarios quingentos et alius quinquaginta. Non habentibus autem illis unde redderent. Donavit utrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon dixit: estimo quia cui plus donavit. At ille ait: recte iudicasti. Et conversus ad mulierem dixit Simoni: videsne hanc mulierem? Intravi in domum tuam aquam pedibus meis non dedisti: haec autem lacrimis rigavit pedes meos et capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti: haec autem ex quo intravi non cessavit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti: haec autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur minus diligit. Dixit autem ad illam: dimittuntur tibi peccata. Et coepere qui simul accubabant dicere intra se: quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: fides tua te salvam fecit. Vade in pace. 84 18.

Cum autem diem natalis sui cenaret
tribunis et primis galilee
et filia ipsius herodiadis
et saltasset in medio et placuisset herodi
simul recumbentibus
ait puelle rogo te quod vis et dabo tibi et iuravit
illi quod quicquid petieris dabo tibi licet dimidium regni mei Quae
cum egressa dixisset matri sue quid petam Illa dixit capita Joh
baptiste Cumque introisset statim cum festinatione adiecit pe
tiit dicens volo quod in hac hora dare mihi
in disco capitis Joh baptiste Et contristatus est rex propter iusiurandum et propter simul discumbentes noluit eum contristare
Et misit spiculatorem precepit afferri caput eius in disco.
Et decollavit eum in carcere et attulit caput eius in disco et de
dit puelle et puella dedit matri sue Quo audito discipuli
venerunt et tulerunt corpus eius et sepelierunt et posuerunt illud
in monumento et venientes nuntiaverunt iesu quae cum audisset
discessit in navicula in locum desertum seorsum

De pasci capistina.

Post hec erat dies festus iudeorum et
appendit ut ultima est autem phariseis plurica pi
stina quae ignoratur hebraice tethsaida quinque porticus habens
in hys iacebat multitudo magna languentium caecorum claudorum
et aridorum expectantium aquae motum angelus enim domini descendebat
in piscinam et movebatur aqua et quod prior descen
debat in piscinam post motum aquae sanus fiebat a quocumque te
nebatur infirmitate erat autem quidam homo ibi .xxxviii. annos
habens infirmitatem suam hunc cum vidisset iesus iacentem et
novisset quia iam multum tempus hinc erat dicit ei vis sanus fieri
respondit ei languidus domine non habeo hominem ut cum turbatus
fuerit aqua mittat me in piscinam Dicit ei iesus surge tolle grabatum
tuum et ambula Erat autem sabbatum in illa die Dixerunt ergo
iudei ei quae sanatus fuerat sabbatum est non licet tibi tollere gra
batum tuum Respondit eis qui me sanum fecit ille mihi dixit
tolle grabatum tuum et ambula Interrogabant ergo eum quis est
ille homo qui dixit tibi tolle grabatum tuum et ambula Is autem
qui sanus factus erat nesciebat quis esset iesus autem declina
vit a turba existente in loco Postea invenit eum iesus in
templo et dixit ei ecce sanus factus es iam noli peccare
ne deterius aliquid tibi contingat Abiit autem ille homo et indi

quit iudeis qz Xpi est qui fecit eu sanu. Ppea pseqbamur iudi
cium qz hi facientes hi abiis. Xpi autem erant eis qui meus esset
modo operatur et ego operor. Ppea ergo magis querebant eum
iudei interficere qz non solum solubat sabbatum sed etiam qz patrem dicebat
deum aequalem se faciens deo. Respondit igitur ihs et dixit eis.
Amen amen dico vobis non potest filius a se quicquam facere nisi quod
viderit patrem facientem. Quicquid enim ille fecerit hoc et filius similiter
faciet. Pater enim diligit filium et omnia demonstrat ei quae ipse fa
cit et maiora horum demonstrabit ei opera ut vos miremini. Sicut enim pater suscitat mortuos et vivificat sic et filius
quos vult vivificat. Neque enim pater iudicat quemquam
sed iudicium omne dedit filio ut omnes honorificent filium
sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium non
honorificat patrem qui misit illum. Amen amen dico vobis
quia qui verbum meum audit et credit ei qui misit me habet
vitam eternam et in iudicium non venit sed transit a morte in
vitam. Amen amen dico vobis qz venit hora et nunc est
quando mortui audient vocem filii dei et audientes vivent
sicut enim pater habet vitam in semetipso sic dedit et filio vitam
habere in semetipso et potestatem dedit ei et iudicium facere
qz filius hominis est. Nolite admirari hoc quia venit hora in
qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius et procedent.
qui bona fecerunt in resurrectionem vitae qui vero mala egerunt in
resurrectionem iudicii. Non possum ego facere a me ipso quicquam
sicut audio iudico et iudicium meum iustum est quia non
quaero voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me. Si
ego testimonium perhibeo de me testimonium meum non est verum. Alius est
qui testimonium perhibet de me et scio qz verum est testimonium. qz perhibet de
me vos misistis ad Johannem et testimonium perhibuit veritati
ego autem non ab homine testimonium accipio sed hoc dico vos ut salvi
sitis. Ille erat lucerna ardens et lucens vos autem voluisti
exultare ad horam in luce eius. Ego autem habeo testimonium maius
Johanne. Opera enim quae dedit pater ut perficam ea ipsa opera quae
ego facio testimonium perhibent de me qz pater me misit. et qui
misit me pater ipse testimonium perhibet de me. Neque vocem eius
unquam audistis neque speciem eius vidistis et verbum eius vestris
in vobis manet. et quem misit ille huic non creditis. Scru

tamen scripturas quia vos putatis in ipsis vitam eternam habere
Et ille sunt que testimonium perhibent de me et non vultis venire ad
me ut vitam habeatis Claritatem ab hominibus non accipio Sed co-
gnovi vos quia dilectionem dei non habetis in vobis Ego ve-
ni in nomine patris mei et non accipitis me Si alius venit
in nomine suo illum accipietis Quomodo potestis vos credere quia
gloriam ab invicem accipitis et gloriam que a solo deo est non
queritis. Nolite putare quia ego accusaturus sum vos apud
patrem Est qui accusat vos Moyses in quo vos speratis Si
quecunq; dixerint vobis seruate et facite secundum opa ve
rorum nolite facere dicunt enim et non faciunt alligant enim onera grua
ca et importabilia et imponunt in humros hom digito autem suo nolunt
ea amouere omia vero opa sua faciunt ut videantur abscondit
dilatant enim phylacteria sua et magni
ficant fimbrias volunt in stolis ambulare amant in primos recubitus
in cenis et primas cathedras in synagogis et salutationes
in foro qui deuorant domos viduarum simulantes longa oratio
hi accipient damnationem maiorem et
phyrisi iudicium amant vocari abscondit rabi Vos autem nolite
vocari vos rabi unus enim est magr vr omes enim vos fratres
estis et patrem nolite vocare vobis super terram unus enim est pr vest
qui in celis est nec vocamini magr quia unus est magr vr
vrm erit minister vr qui autem se exaltauerit humiliabit et qui
humiliat exaltabit de mulnplin de m 23 l. ii. 129 ii. 4e.
Vae vobis scribe et pharizei ypocrite qui claudit regnum
celorum ante homines vos enim non intrat nec intrantes sinitis
intrare Vae vobis scribe et pharizei ypocrite qui circuitis mare
et aridam ut faciatis unum proselitum et cum fuerit factus facitis eum filium
gehenne duplo quam vos Vae vobis duces ceci qui dicitis quicunq; iu
rauerit in templo nihil est qui autem iurauerit in auro templi debet stu
ltri et ceci quid maius est aurum an templum quod sanctificat aurum
et quicunq; iurauerit in altari nihil est quicunq; autem iurauerit
in dono quod est super illum debet ceci quid enim maius est donum an altare
quod sanctificat donum qui ergo iurat in altari iurat in eo et
in omibus quae super illum sunt et qui iurat in templo iurat in illo et in eo
qui habitat in eo et qui iurat in celo iurat in throno dei
et in eo qui sedet super eum Vae vobis scribe et pharizei et y
pocrite qui decimatis mentam et anetum rutam et cyminum et
omne olus et relinquitis que grauiora sunt legis iudicium
et misericordiam et fidem et caritatem dei hec autem oportu
it facere et illa non omittere duces ceci excolantes culicem
camelum autem glutientes Vae vobis pharizei qui diligitis primas
cathedras in synagogis et salutationes in foro Vae
vobis qui estis ut monumenta que non apparent et homines
ambulantes super nesciunt respondens autem quidam ex legis
peritis ait illi magr hec dicens etiam nobis contumeliam facis et ille
ait et vobis legis peritis Vae quia onerastis homines oneribus quae po
rtare non possunt et ipsi vno digito vestro non tangitis sarcinas

8 Ve vobis scribe et pharizei ypocrite qui mundatis quod de
foris est calicis et parabsidis intus autem plenum est rapina et
immundicia phasee cece munda primum quod intus est calicis et par
absidis ut fiat et id quod deforis est mundum Ve vobis scribe
9 et pharizei ypocrite qui similes estis sepulchris dealbatis
que a foris apparent hominibus speciosa intus vero plena sunt
ossibus mortuorum et omni spurcicia sic et vos quidam a
foris apparetis hominibus iusti intus autem plenum estis ypocrisi
10 et iniquitate Ve vobis scribe et pharizei ypocrite qui edi
ficatis sepulchra prophetarum patres autem vestri occiderunt illos
et ornatis monumenta multorum et dicitis si fuissemus in die
bus patrum vestrorum non essemus socii eorum in sanguine prophetarum
Itaque testimonio estis vobis metipsis et profecto testificamini quod
sentitis operibus patrum vestrorum quia filii eorum estis qui occiderunt pro
phetas quoniam quidem ipsi eos occiderunt vos autem edificatis eorum
sepulchra Et vos implete mensuram patrum vestrorum serpentes
geminina viperarum quomodo fugietis a iudicio gehenne propterea et
c sapientia dei dixit Ecce ego mitto ad vos et apostolos et
sapientes et scribas Et ex illis occidetis et crucifigetis
et ex eis flagellabitis in sinagogis vestris Et persequimini
de civitate in civitatem ut veniat super vos et inquiratur omnis
sanguis iustus sanguis omnium prophetarum qui effusus est super terram
a constitucione mundi a generacione ista a sanguine abel iusti usque
ad sanguinem barachie zacharie filii quem occidistis et periit inter
templum edem et altare Ita dico vobis requiretur ab hac genera
11 cione Amen dico vobis venient hec omnia super generacionem istam Ve
vobis legisperitis qui tulistis clavem scientie ipsi non introistis et
eos qui introibant prohibuistis Cum hec ad illos dicerent Ceperunt
pharizei et legisperiti graviter insistere et os eius opprimere de
multis insidiantes ei et querentes capere aliquid ex ore eius ut
accusarent ~~insidiantes ei et querentes capere eum~~ Ihesum Ierusalem
que occidis prophetas et lapides eos qui ad te missi sunt
quociens volui congregare filios tuos quemadmodum gallina
congregat pullos suos subalas suas et avis indum suum
subpennis et noluisti Ecce relinquetur vobis domus deserta
Dico enim vobis non me videbitis amodo donec veniat cum dicetis
130 Benedictus qui venit in nomine domini de vidua .2. minutu
Et sedens ihesus contra gazophilacium aspiciebat eos
offerente l. 29 c. 12

qui mittebat munera sua in gazophilacium quo et turba iact
aret es et multi divites iactabant multa Cum venisset aut
una vidua pauper misit duo minuta que est quadrans vidit
aut ihesus pauperculam illam viduam mittentem era duo minuta
Et quotis discipulis suis ait illis Amen vere dico vobis quia
vidua hec pauper plus omnibus misit qui miserunt in gazophi
lacium omnes enim ex eo quod habundabat illis miserunt in
munera dei hec aut ex eo quod deest et de penuria sua omnia
sua omnia que habuit misit totum victum suum

131

De edificio templi
et comminatione eversionis
eiusdem

Et egressus ihesus de templo ibat Et cum
ingrederetur accesserunt discipuli eius ut ostenderent ei edi
ficationem templi et quibusdam dicentibus de templo quod bonis lapi
dibus et donis ornatum esset Ait illi unus ex discipulis suis
magister aspice quales lapides et quales structure Ipse aut respondens
ait eis videtis hec omnia et magna edificans Amen dico vobis
venient dies in quibus non relinquetur hic lapis super lapidem
qui non destruatur Sedente aut eo super montem oliveti contra templum
accesserunt ad eum discipuli secreto et interrogabant separatim eum
petrus et iacobus et iohannes et andreas dicentes Dic
tui et consumationis seculi et quod signum cum hec fieri incipient et
consumari Et respondens ihesus dixit illis videte ne quis
vos seducat multi venient in nomine meo dicentes ego sum christus
et multos seducunt Et tempus appropinquabit Nolite ergo ire post
illos Audituri enim estis prelia et opiniones preliorum Cum aut au
dieritis prelia et sediciones noliti terreri videte ne turbemini
Oportet enim primum hec fieri sed non statim finis Tunc dicebat illis
Surget gens contra gentem et regnum adversus regnum et terre motus
magni erunt per loca et pestilencie et fames terrores quoque de
celo et signa magna erunt hec aut omnia sunt dolorum Videte aut
vos metipsos sed ante hec omnia inicient vobis manus suas et persequentur
Tunc tradent vos in tribulacione et occident vos Tradent enim
vos in concilijs et in synagogis suis vapulabitis et ante reges
et presides stabitis propter me propter nomen meum Contiget aut vobis
in testimonium illis Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen
meum Et tunc scandalizabuntur multi et invicem tradent et odio
habebunt invicem Et multi pseudo prophete surgent et seducent
multos Et quoniam habundabit iniquitas et refrigescet caritas

m 28 c 21 v 13

multorum. Qui autem perseuerauerit usque in finem hic saluus erit. Et
predicabitur hoc euangelium regni in uniuerso mundo. Et in omnes
gentes. Cum ergo prouideritis predicare euangelium in testimonium omnibus gentibus
Et tunc ueniet consumacio. Et cum duxerint uos tradentes
ponite in cordibus uestris non premeditari quomodo respondeatis. Nolite premeditari quomodo
in hora illa loquimini. Non enim uos estis loquentes sed spiritus sancti. Ego enim
dabo uobis os et sapiam cui non potuerint resistere et contradicere
omnes aduersarii uestri. Tradet autem frater fratrem in mortem et pater
filium et consurgent filii in parentes et morte eos afficient
Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Et capillus de capite
uestro non peribit. Qui autem sustinuerit usque in finem hic saluus erit
Cum ergo uideritis abominacionem desolacionis quam dictum est a daniele propheta stare in loco
sancto. Qui non debet qui legit intelligat. Tunc qui in iudea sunt fugiant ad montes. Et qui
in tecto non descendat tollere aliquid de domo sua. Et qui in agro
erit non reuertatur tollere tunicam suam. Et qui in medio eius sunt descendant
ut eiciantur. Erit enim tunc tribulacio magna qualis non fuit ab initio mundi usque modo
et nec fiet. Et nisi breuiasset dominus dies illos non fuisset salua
omnis caro. Sed propter electos quos elegit breuiabit dominus dies
illos. Et tunc si quis dixerit uobis ecce hic est christus aut ecce illic. Nolite credere. Nolite credere
Surgent enim pseudochristi et pseudoprophete et dabunt signa magna et prodigia ita ut in errorem inducantur si fieri potest
etiam electi. Ecce predixi uobis. Igitur si dixerint uobis ecce in deserto est nolite exire. Ecce in penetralibus

132

De signis iudicii. Mt 24 c 27/1 Ro 13.

Et ait ad discipulos suos. Ueniet dies quando desiderabitis
uidere unum diem filii hominis et non uidebitis. Erit enim
tunc tribulacio magna. Erunt autem dies illi tribulacionis et
tales quales non fuerunt abinicio creature quam condidit deus usque nunc
neque fiet. Et nisi breuiasset dominus dies illos non fuisset salua
omnis caro. Sed propter electos quos elegit breuiabit dominus dies
illos. Et dicet uobis ecce hic ecce illic. Tunc si quis dixerit
uobis ecce hic est christus aut illic. Nolite credere. Nolite credere
Surgent enim pseudochristi et pseudoprophete et dabunt signa magna et prodigia et portenta ad seducendos si fieri potest etiam electos. Ita ut in errorem inducantur si fieri potest etiam electi. Ecce predixi uobis. Cuncta uobis. Igitur si dixerint uobis ecce in deserto est nolite exire. Ecce in penetralibus

ē nolite credere Nā sic fulgur exit aboriēte corruscās
de subcelo ī ea que subcelo sūt fulget et apparet usq; ad
occidētē ita erit filius hoīs et aduētus ī die sua ubicūq;
fuit corpus ibi ꝯgregabūtur et aquile primū aut opz illū
multa pati et reprobari agnatiōe hr̄ Statī aut pq tribula
cioz dierū illorū sol obscurabit et lūa nō dabit lumē
suū et stelle cadēt de celo Et erūt sig̃ ī sole et luna · D ·
et stellis et ītris pressura gētiū pcōfusione sonitus maris
et fluctuū arestētibus hoībus pt̄imore et exspectatiōe q̄
supveniēt universo orbi Et virtutes celorū Et q̄ sub
celo sūt mouebūtur Et tūc apparebit signū filij hoīs
ī celo et tūc plangēt se oīs tribus tr̄e Et tūc videbūt
filiū hoīs venientē ī nube cū ptate ingna et gla et
maiestate et mittet anglos suos cū turba et voce ingna
et ꝯgregabūt electos eius a 4or vētis a sūmo celorū usq;
ad terminos eorū A sūmo tr̄e usq; ad sūmū celi A barbore
fici dicite parabolā cū iā ramus eius tener fuit et folia na
ta ꝯgnoscitis q̄ ī ppinquo sit estus / His aut fr̄ ī cipientibus · f. 11
respicite et leuate capita vr̄a qm̄ appinquabit redemptio
vr̄a Et dixit illis similitudinē videte ficulneā et oīs
arbores Cū pducūt ex se iā fructū scitis q̄ ppe ē iā estas
Ita et vos cū videritis hec fr̄ scitote q̄ ppe ē ī ianuis et
hostijs regnū dei / Amē dico qm̄ nō trāsibit gnatio hec
donec oīa fiāt Celū et tr̄a trāsibit Vba aut mea nō trāsibūt
Attēdite aut vob ne forte grauētur corda vr̄a crapula
et ebrietate et curis huius vite et supveniat ī vos repē
tina dies ī tāq̄ ēi laqus supveniet ī oīs qui sedēt sup
faciē oīs tr̄e De die aut illa et hora nēo scit neq; ang
eli celorū neq; filius nisi solus pr̄ Sic aut fuit ī diebus
noe ita erit ī diebus aduētus filij hoīs sic ēi erat ī diebus
ante diluuiū ꝯmedētes et bibētes nubētes et nuptui
tradētes Edebāt et bibebāt vxores ducebāt et dabāt
ad nuptias usq; ad eū diē ī q̄ ītroiuit ī archā noe Et
nō ꝯgnouerūt donec venit diluuiū et tulit et pdidit
oīs ita erit aduētus filius hoīs Similr̄ sic factū ē ī die
bus loht edebāt et bibebāt emebāt et vendebant
plātabāt et edificabāt qua die aut exiuit loht a so
domis pluit dominus ignē et sulphur de celo et oīs pdidit

Secundum hoc erit qua die filius hominis revelabitur in die
illa qui fuerit in tecto et vasa eius in domo ne descendat tollere
illa Et qui in agro similiter non redeat retro Memores estote
uxoris loth Quicumque quesierit animam suam solvam facere perdet illam
Et quicumque perdiderit illam vivificabit eam / Dico vobis in illa nocte
erunt duo in lecto unus assumetur alter relinquetur Due erunt mo-
lentes in unum in mola una assumetur et altera relinquetur Duo
in agro unus assumetur et alter relinquetur Respondentes dicunt
illi ubi domine Qui dixit illis Ubicumque fuerit corpus illic
congregabuntur et aquile vigilate itaque omni tempore orantes ut digni
habeamini fugere omnia ista que futura sunt et stare ante filium hominis

133 m) Videte vigilate et De vigilia et oratione m 24. l 12 k 13
orate nescitis enim quando tempus sit Sicut enim homo qui peregre pro-
fectus reliquit domum suam et dedit servis suis potestatem cuiuscumque
operis et Janitori precepit ut vigilaret vigilate ergo quando
dominus domus veniat Sero an media nocte an gallicantu
an mane ne cum venerit repente inveniat vos dormientes Quod
autem vobis dico omnibus dico vigilate Sint lumbi vestri precincti
et lucerne ardentes in manibus vestris et vos similes hominibus ex-
spectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis ut cum venerit
et pulsaverit confestim aperiant ei Beati sunt servi illi quos cum
venerit dominus invenerit vigilantes Amen dico vobis quod precinget
se et faciet illos discumbere et transiens ministrabit illis Et
si venerit in secunda vigilia et si in tertia vigilia venerit et ita
invenerit beati sunt servi illi Vigilate ergo quia nescitis qua hora
dominus vester venturus sit hoc autem scitote quoniam si sciret pater familias
qua hora fur veniret vigilaret utique et non sineret perfodi domum
suam Et vos estate parati quia qua hora non putatis filius hominis
veniet Ait autem ei Petrus domine an ad nos dicis hanc parabo-
lam an et ad omnes Dixit autem dominus Quis putas est fidelis
dispensator et prudens quem constituit dominus super familiam suam ut
det illis cibum in tempore tritici mensuram Beatus ille servus quem constituit
dominus suus super familiam suam ut det illis cibum in tempore Beatus ille
servus quem cum venerit dominus invenerit ita facientem Vere amen dico
vobis super omnia bona sua que possidet constituet illam Si autem
dixerit malus ille servus in corde suo moram facit dominus meus
venire et cepit percutere conservos suos puros et ancillas
et edere et inebriari Manducet autem et bibat cum ebriosis
veniet dominus servi illius in die Manducet autem et bibat cum eb-
riosis veniet dominus servi illius in die qua non sperat et hora qua

nescit et diuidet eum partem cum infidelibus ypocritis poet
ubi erit fletus et stridor dentium Ille autem seruus qui cognouit
voluntatem domini sui et non se preparauit et non fecit secundum voluntatem
eius plagis vapulabit multis Qui autem non cognouit
et fecit si voluntatem digna vapulabit plagis paucis Omni
autem cui multum datum est multum quaerietur abeo et cui commendauerint
multum plus petent abeo Ignem venire mittere in terram et quid volo
vsque dum efficatur putatis quia pacem venire dare in terra non
dico vobis si separationem Erunt exhinc quinque in vna domo diuisi
tres in duo et duo in tres diuidentur pater in filium et filius
in patrem suum Mater in filiam et filia in matrem Socrus in nurum ay. 24.
sua et nurus in socrum sua: d 10. legitur 2. 10. talentis 2. dmo iudicij
Tunc simile est regnum celorum decem virginibus que acceperunt
lampades suas exierunt obuiam sponso et sponse Quinque
autem ex eis erant fatue et quinque prudentes Sed quinque fatue
acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum prudentes vero
cum lampadibus suis cum lampadibus ayord autem sa
nocte clamor factus est Ecce sponsus venit exite obuiam ei
Tunc surrexerunt omnes virgines ille et ornauerunt lampades su
as fatue autem sapientibus dixerunt date nobis de oleo vro
stro Ne forte non sufficiat nobis et vobis ite potius ad
patres emite vobis Dum autem eunt emere venit sponsus et quae
parate erant intrauerunt cum eo ad nupcias et clausa est janua
Nouissime venerunt et reliquae virgines dicentes domine domine api
rire itaque quia nescitis horam neque diem Dixit ei ho pegre psica
dit quinque talenta alij 2 autem duo alij vero vnum vni cuique
prout vnicuique et profectus est statim abiit autem et qui quinque talenta
qui duo accepit lucratus est alia quinque Similiter et
qui duo fodit in terra et abscondit pecuniam domini sui post multum
vero tempus venit dominus seruorum illorum et posuit rationem cum eis
Et accedens qui quinque talenta accepit obtulit alia quinque ta
lenta dicens domine quinque talenta mihi tradidisti Ecce alia quinque
superlucratus sum Ait illi dominus eius Euge serue bone et fidelis quia
super pauca fuisti fidelis super multa te constituam intra in gaudium
domini tui Accessit autem et qui duo accepit et ait domine duo

talenta michi tradidisti ecce alia duo superlucratus sum Dixit illi
dominus eius Euge serue bone et fidelis quia super pauca fuisti fide
lis super multa te constituam Intra in gaudium domini tui / Accedens autem
et qui unum acceperat et ait / Domine scio quia homo durus es metis
ubi non seminasti et congregas ubi non sparsisti et timens abiens
et abscondi talentum tuum in terra Ecce habes quod tuum est / Respondens
autem dominus eius ei dixit Serue male et piger sciebas quia meto
ubi non semino et congrego ubi non sparsi oportuit ergo te commi
tere pecuniam meam nummulariis et ego veniens accepissem
utique quod meum est cum usura Tollite itaque ab eo talentum et date
ei qui habet decem talenta omni enim habenti dabitur et habundabit
eicite in tenebras exteriores Illic erit fletus et stridor de
ntibus Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua et omnes angeli
cum eo tunc sedebit super sedem maiestatis suae et congregabun
tur ante eum omnes gentes et separabit eos ab invicem sicut pastor segre
gat oves ab hedis et statuet oves quidem a dexteris suis
hedos autem a sinistris Tunc dicet rex his qui a dexteris eius erunt
Venite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum ab
constitutione mundi Esurivi enim et dedistis mihi manducare sitivi
et dedistis mihi bibere hospes eram et collegistis me Nudus
eram et operuistis me infirmus et visitastis me carcere eram
et venistis ad me Tunc respondebunt ei iusti dicentes Domine
quando te vidimus esurientem et pavimus sitientem et dedimus tibi potum
quando autem te vidimus hospitem et collegimus te aut nudum et coo
peruimus te aut quando te vidimus infirmum aut in carcere et venimus
ad te Et / respondens rex dicet illis Amen dico vobis quamdiu
fecistis uni de istis fratribus meis michi fecistis Tunc dicet
his qui a sinistris erunt discedite a me maledicti in ig
nem eternum qui paratus est diabolo et angelis eius esurivi enim
et non dedistis michi manducare sitivi et non dedistis mi
hi potum hospes eram et non collegistis me Nudus et non operuistis
me infirmus et in carcere et non visitastis me Tunc respon
debunt ei et quando dicentes Domine quando te vidimus esurientem
aut sitientem aut hospitem aut nudum aut infirmum vel in car
cere et non ministravimus tibi Tunc respondebit illis dicens Amen
dico vobis quamdiu non fecistis uni de minoribus istis nec mihi feci
stis Et ibunt hi in supplicium eternum iusti autem in vitam eternam

Erat autem Domino ad docendo 2 obstinacion judeor a 12 / 21
in diebus docens in templo noctibus vero exiens morabatur in monte

qui vōtur obmuti et oīs ꝓphe mānbī ad eū venire i templo
audire illud Cū aut tāta sigā fecisset coram eis nō credebāt
in eū ut sermo ysaye ꝓphe impletur quē dixit dne quis cre
didit auditui nro et brachium dni cui revelatū e ꝓpter ea
nō poterāt credere q̃ iterū dixit ysayas Excecauit oculos
eorū et indurauit eorū cor ut nō videat oculis et intelligat
corde et cōuertatur et sanē eos Hec dixit ysayas q̃n vidit
gloriā eius et locutus e de eo Verūtamen et ex principibus multi
credidērunt in eū sed ꝓter pharizeos nō confitebant ut de syna
goga nō eicerent dilexerunt enim gloriā hōīm magis q̃ gloriā
dei ihesus aut clamauit et dixit Qui credit mihi nō credit mihi sed in eū qui misit me
et qui videt me videt eū qui misit me Ego lux in mundū veni ut omis qui credit
in me in tenebris nō maneat Et si quis audierit verba mea
mdū sed ut salū faciā mundū sed ut salū faciā mundū
Qui spernit me et nō accipit verba mea habet qui iudicē
eū Sermo q̃ locutus sū ille iudicabit eū in nouissimo die
quia ego semetipso nō sū locutus sed qui misit me pater ipse
mihi mandatū dedit q̃ dicā et q̃ loquar Et scio q̃ mandatū
pris eius vita eterna e Quē ergo ego loquor sicut dixit mihi

de festo azimorū applicante

Appropinquabat aut dies festus azimorū qui dicitur pa
sta Erat aut pascha et azima post biduū Et factū
e cū assumasset ihesus sermones hos omnes dixit discipulis suis
Scitis q̃ post biduū pascha fiet et filius hōīs tradetur ut crucifigatur
tunc aggregati sūt principes sacerdotū et seniores populi in atrium
principis sacerdotū qui dicebat caiphas et consilium fecerūt Et que
rebant sumi sacerdotes et sibe quo eū dolo tenerent et oci
dere timebant vero plebe dicebat aut nō in die festo ne
forte tumultus fiat in plebe Intrauit aut satanas in iudam
qui agnomīatus scharioth vnus ex duodecim Et abiit adhuc
principes sacerdotū et summos sacerdotes ut prderet eū illis
Et locutus e cū principibus et magistratibus q̃ admodū illum tra
dat eis Et ait illis Si vultis mihi dare ut et vos eū tradā
qui auditis gauisi sūt et promiserunt et pactī sūt pecuniam
illi dare Et illi constituerunt et triginta argenteos et exponē
dit Et exinde querebat opportunitatem ut eū opportune tradere
dreret sine turba Ante die aut festum paschē sciens

136

ihesus qr venit hō eius ut transeat ex hoc mundo ad patrem cum
dilexisset suos qui erant in mundo in finem dilexit eos. a. 13 3 et ubi
131 Prima aut die de missione petri et iohannis pa die azimorum fuit
azimorum qn pasta ymolabatur in qua necesse erat. m. 26
occidi pasta accesserunt dicipuli ad ihesum ante die pasche. l. 22 r. 18.
et dicunt ei Quo vis eamus ut parem tibi ut manducemus
pasta Et mittit duos ex discipulis suis petrum et iohannem
dicens euntes parate nobis pascha ut manducemus At illi dixerunt
ubi vis paremus Et dixit ad eos Ite in civitatem ad quendam
Ecce introeuntibus vobis civitatem occurrit vobis homo amphoram
aque portans sequimini eum in domum in quam intrat et dicetis patri fa-
milias domus dicit tibi magister tempus meum prope est apud te
facio pascha ubi est refectio mea ubi est diversorium ubi pasca
cum discipulis meis manducem Et ipse ostendit vobis cenaculum magnum
stratum et ibi parate Et abierunt discipuli eius et venerunt in
civitatem Euntes aut invenerunt sicut dixit illis ihesus et paraverunt
pasta vespere aut facto venit cum duodecim Et cum facta esset
hora discubuit et xii appli cum eo de ablucione pedum a.
138 Et cena facta cum dyabolus iam misisset in cor ut. 13.
traderet eum iudas symonis stariothis sciens quia omnia dedit
ei pater in manus et quia ad eo exivit et ad deum vadit surgit
a cena et ponit vestimenta sua et cum accepisset linteum
precinxit se deinde misit aquam in pelvim et cepit lavare pedes
discipulorum et extergere linteo quo erat precinctus venit ergo
ad symonem petrum et dicit ei petrus domine tu mihi lavas pedes
Respondit ihesus et dicit ei Quod ego facio tu nescis modo scies aut
postea dicit ei petrus Non lavabis mihi pedes in eternum Respondit ei
ihesus Si non lavero te non habebis partem mecum dicit ei symon
petrus Domine non tantum pedes meos sed et manus et caput dicit
ei ihesus Qui lotus est non indiget nisi ut pedes lavet sed est
mundus totus Et vos mundi estis sed non omnes Sciebat enim quis
nam esset qui traderet eum propterea dixit non estis mundi omnes postquam
ergo lavit pedes eorum et accepit vestimenta sua cum recubu-
isset iterum dixit eis Scitis quid fecerim vobis vos vocatis me magister
et domine et bene dicitis sum et enim Si ergo ego lavi vestros pedes
dominus et magister et vos debetis alter alterius lavare pedes Ex-
emplum enim dedi vobis ut quemadmodum ego feci vobis ita et vos
faciatis Amen amen dico vobis Non est servus maior domino suo neque
apostolus maior eo qui misit illum Si hec scitis beati eritis si feceritis
ea :: Non de omnibus vobis dico [illegible] signo ibi in alio folio

de sacramenti institutione ca 26 l 22 R 14

139

Et dum manducantibus eis et manducatibus ait Iesus Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar. Dico autem vobis quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno Dei. Cenantibus autem illis accepit Iesus panem gratias egit et benedixit et fregit deditque discipulis suis et ait. Accipite et manducate hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem postquam cenatum est accipiens gratias egit et dedit illis dicens. Accipite iteruum et dividite et bibite ex hoc omnes. Hic est sanguis meus novi testamenti hic est calix novum testamentum in sanguine meo qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis quia non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem illum cum illum bibam vobiscum novum in regno patris mei. Et biberunt ex eo omnes. De petrum negandum petrum

140

Et dixit illis Iesus omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte quia scriptum est percutiam pastorem et dispergentur oves gregis sed postquam resurrexero praecedam vos in galilea. Respondens autem petrus ait illi. Et si omnes scandalizati fuerint in te ego nunquam scandalizabor. Et ait illi Iesus. Amen dico tibi quia in hac nocte antequam gallus cantet ter me negabis. Dicit ei ille. Etiam si oportuerit me mori tecum non te negabo. Similiter et omnes discipuli dixerunt. Et dicit eis. Omnes vos scandalum patiemini. Ego autem pro quibus elegerim ut in pleatur scriptura. Qui ad manducat mecum panem levabit super me calcaneum suum. Amen dico vobis quia fiat ut cum fuerit credatis quia ego sum. Amen amen dico vobis qui accepit si quem misero me accipit. Qui autem me accipit accipit eum qui misit me. Cum hec dixisset Iesus turbatus est spiritu et protestatus est et dixit. Amen amen dico vobis quia unus ex vobis me tradet qui manducat mecum. Aspiciebant ergo ad invicem discipuli hesitantes de quo dicerent. Et contristati valde coperunt singuli dicere. Nunquid ego sum domine. Et ille respondens ait unus ex duodecim qui intingit mecum manum in parapside in camino hic me tradet filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de illo. Ve autem homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. Respondens autem Iudas qui tradidit eum dixit. Nunquid ego sum rabbi ait illi. Tu dixisti. Erat ergo recubens unus ex discipulis eius in sinu Iesu quem diligebat Iesus. Innuit ergo huic

Simon petrus et dicit ei Quis est de quo dicit Iste enim
recubuisset ille sup pectus ihu dicit ei Dne quis est re
spondit ihesus ille est cui ego intinctu panem porrexero et cum
intinxisset panem dedit Iude simonis scharioth Et post
bucellam et tunc introiuit in illum satanas Et dicit ei ihesus
Quod facis fac cicius hoc autem nemo scuit discubentium ad quid dixerat
ei Iuda ad quid putabant quia loculos habebat Iudas quia dicit
ei ihesus eme ea quae opus sunt nobis ad diem festum aut egenis ut
aliquid daret Cum ergo accepisset ille buccellam exiuit continuo
erat autem nox Cum ergo exisset dicit ihesus Nunc clarificatus est filius hominis
et deus clarificatus est in eo Si deus clari
ficatus est in eo ~~Si deus clarificatus est~~ et deus clarificabit eum
in semetipso et continuo clarificabit eum filioli adhuc modicum
vobiscum sum Quaeretis me et sicut dixi iudeis quo ego vado
vos non potestis venire Et vobis dico modo mandatum nouum do
vobis ut diligatis inuicem sicut dilexi vos ut et vos diligatis
inuicem In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli si dilectionem
habueritis adinuicem Dicit ei simon petrus dne quo vadis
respondit ihesus quo ego vado non potes me modo sequi sequeris
autem postea dicit ei petrus Cur non possum te sequi modo animam
meam pro te ponam Respondit ihesus animam tuam pro me ponis Amen
amen dico tibi non cantabit gallus donec me ter negabis
Et cum cepissent irrere inter se quis esset qui eum traditurus
esset sciens autem et graecis inter eos quis eorum videretur esse
maior dixit autem eis Reges gentium dominantur eorum et qui
potestatem habent super eos benefici vocantur vos autem non sic sed qui
maior est in vobis fiat sicut minor et qui praecessor est sicut ministrator
Nam quis maior est qui recubit an qui ministrat nonne qui
recubit Ego autem in medio vestri sum sicut qui ministrat vos autem
estis qui permansistis mecum in tentationibus meis Et ego dispo
no vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum ut edatis et bibatis
super mensam meam in regno meo Et sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus
israhel Dixit autem dnus simoni
Simon ecce satanas expetiuit vos ut cribraret sicut tri
ticum Ego autem rogauit pro te ut non deficiat fides tua Et
tu aliquando conuersus confirma fratres tuos Cui dixit ei dne tecum
sum paratus et in carcerem et in mortem ire Et ille dixit
Petre Non cantabit hodie gallus donec ter me abnegabis
nosse me Et dixit eis Cum misi vos sine sacculo et peri

et calciamentis nunquid aliquid defuit vobis Et illi dixerunt
michil dixit ergo eis Sed nunc qui habet sacculum tollat
gladium similiter et peram Et qui non habet vendat tunicam suam et
emat gladium Dico autem vobis quoniam adhuc hoc quod scriptum est oportet
impleri in me Et cum iniquis deputatus est Etenim ea quæ sunt de me
finem habent Et illi dixerunt Domine ecce gladii duo hic Et ille
dixit eis satis est

Sermon dni p. ctam. et habet sequentia a. ii.

1 Et ait discipulis suis Non turbetur cor vestrum Creditis in deum
et in me credite in domo patris mei mansiones multæ [121]
sunt Si quo minus dixissem vobis quia vado parare vobis locum Et
si abiero et præparaverio vobis locum iterum venio et accipiam
vos ad me ipsum ut ubi ego sum et vos sitis Et quo ego vado
scitis et viam scitis Dicit ei thomas Domine nescimus quo vadis
et quomodo possumus viam scire Dicit ei iheso Ego sum via et veritas
et vita Neminem venit ad patrem nisi per me Si cognovisetis me
videtis eum Et amodo cognoscetis eum et cognovistis eum et
sufficit nobis Dicit ei philippus Domine ostende nobis patrem et
nos Dicit ei iheso Tanto tempore vobiscum sum et non cognovisti
me philippe qui videt me videt et patrem meum Quomodo tu
dicis ostende nobis patrem Non credis quia ego in patre et pater in me
Verba quæ ego loquor vobis a me non loquor pater autem in me
manens ipse facit opera Non creditis quia ego in patre et pater in me
Alioquin propter opera ipsa credite Amen amen dico vobis Qui cre
dit in me opera quæ ego facio et ipse faciet et maiora horum
faciet quia ego ad patrem vado Et quæcumque petieritis in nomine meo
hoc faciam ut glorificetur pater in filio Si quid petieritis in nomine meo
B 2 hoc faciam Si diligitis me mandata mea servate Et ego rogabo
patrem et alium paracletum dabit vobis ut maneat vobiscum
in æternum spiritum veritatis quem mundus non potest accipere quia non videt
eum nec scit eum vos autem cognoscetis eum quia apud vos manebit
et in vobis erit Non relinquam vos orphanos veniam ad vos
Adhuc modicum et mundus iam me non videt vos autem videtis
me quia ego vivo et vos vivetis In illo die vos cognoscetis
quia ego in patre meo et vos in me et ego in vobis Qui habet man
data mea et servat ea ille est qui diligit me Qui autem diligit
me diligetur a patre meo et ego diligam eum et manifestabo
ei me ipsum Dicit ei iudas non ille scharioth Domine quid factum
est quia nobis es manifestans te ipsum et non mundo Respondit ihesus
C 3 et dixit ei Si quis diligit me sermonem meum servabit et
pater meus diliget eum et ad eum veniemus et mansionem apud

eum faciemus. Qui non diligit me sermones meos non servat
Et sermonem quem audistis non est meus sed eius qui misit me patris
Hec locutus sum vobis apud vos manens paraclitus autem spiritus
sanctus quem mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnia et
+ vobis suggerit. Omnia quecumque dixero vobis pacem relinquo vobis pacem meam
do vobis non quomodo mundus dat ego do vobis. Non turbetur cor
vestrum neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis vado et
venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis utique quia vado
ad patrem quia pater maior me est. Et nunc dixi priusquam fiat ut
cum factum fuerit credatis iam non multa loquar vobiscum venit enim
princeps huius mundi et in me non habet quicquam sed ut cognoscat mun-
dus quia diligo patrem. Et sicut mandatum dedit mihi pater sic facio
Ioh. 14. d Surgite eamus hinc. Ego sum vitis vera et pater meus agricola est
Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum. Et omnem qui
fert fructum purgabit eum ut fructum plus afferat. Iam vos mundi
estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Manete in me et ego in
vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso nisi manserit in
vite sic nec vos nisi in me manseritis. Ego sum vitis vos palmites
Qui manet in me et ego in eo hic fert fructum multum quia sine me nichil
potestis facere. Si quis in me non manserit mittetur foras sicut palmes
et arescet et colligent eum et in ignem mittent et ardet. Si manse-
E ritis in me et verba mea in vobis manserint quecumque volueritis petetis et
fiet vobis. In hoc clarificatus est pater meus ut fructum plurimum afferatis
et efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater et ego dilexi vos
Manete in dilectione mea. Si precepta mea servaveritis manebitis
in dilectione mea sicut et ego patris mei precepta servavi et maneo
in dilectione hec locutus sum vobis ut gaudium meum in vobis sit et ga-
h 4. udium vestrum impleatur. Hoc est preceptum meum ut diligatis invicem
sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet ut animam suam quis
ponat pro amicis suis vos amici mei estis si feceritis que ego preci-
pio vobis. Iam non dicam vos servos quia servus nescit quid faciat dominus
eius vos autem dixi amicos quia omnia quecumque audivi a patre meo
nota feci vobis non vos me elegistis sed ego elegi vos et posui
vos ut eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat ut quicumque
q. 6 petieritis patrem in nomine meo det vobis. Hec mando vobis ut di-
ligatis invicem. Si mundus vos odit scitote quia me priorem vobis
odio habuit. Si de mundo fuissetis mundus quod suum erat diligeret
Quia vero de mundo non estis sed ego elegi vos de mundo propterea
odit vos mundus. Memento sermonis mei quomodo ego dixi vobis

Non est seruus maior domino suo si me persecuti sunt et uos perse-
quentur si sermonem meum seruauerunt et uestrum seruabunt. sed hec
omnia facient uobis propter nomen meum quia nesciunt eum qui misit
me si non uenissem et locutus fuissem eis peccatum non haberent nunc
autem excusationem non habent de peccato suo qui me odit et patrem
meum odit si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit peccatum
non haberent nunc autem et uiderunt et oderunt et me et patrem
meum sed ut impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est quia odio ha-
buerunt me gratis cum autem uenerit paraclitus quem ego mittam uobis
a patre spiritum veritatis qui a patre procedit ille testimonium perhibebit
de me et uos testimonium perhibebitis quia ab initio mecum estis
hec locutus sum uobis ut non scandalizemini absque synagogis faci-
ent uos nos sed uenit hora ut omnis qui interficit uos arbitretur
obsequium prestare deo et hec facient uobis quia non nouerunt patrem
neque me sed hec locutus sum uobis non dixi quia uobiscum eram nunc
autem uado ad eum qui me misit et nemo ex uobis interrogat me quo
uadis sed quia hec locutus sum uobis tristicia implenit cor uestrum sed
ego veritatem dico uobis expedit uobis ut ego uadam si enim non ab-
iero paraclitus non ueniet ad uos si autem abiero mittam eum ad
uos et cum uenerit ille arguet mundum de peccato et de iustitia
et de iudicio de peccato quidem quia non crediderunt in me de iustitia
uero quia ad patrem uado et iam non uidebitis me de iudicio autem
quia princeps mundi huius iudicatus est adhuc multa habeo uobis
dicere sed non potestis portare modo cum autem uenerit ille spiritus
veritatis docebit uos omnem veritatem non enim loquetur a semetipso sed
quecumque audiet loquetur et que ventura sunt annunciabit uobis omnia
quecumque habet pater mea sunt propterea dixi quia de meo accipiet et
annunciabit uobis modicum et iam non uidebitis me quia uado ad
patrem dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem quid est hoc quod dicit
nobis modicum et non uidebitis me et iterum modicum et uidebitis
me et quia uado ad patrem dicebant ergo quid est hoc quod dicit modi-
cum nescimus quid loquitur cognouerunt autem ihesus quia volebant eum
interrogare et dixit eis de hoc quitis inter uos quia dixi modi-
cum et non uidebitis me et iterum modicum et uidebitis me amen
amen dico uobis quia plorabitis et flebitis uos mundus autem gau-
debit uos autem contristabimini sed tristicia uestra uertetur in gaudium
mulier cum parit tristicia habet quia uenit hora eius cum autem pepe-
rerit puerum iam non meminit pressure propter gaudium quia natus est homo
in mundum et uos igitur nunc quidem tristicia habetis iterum autem vi-
debo uos et gaudebit cor uestrum et gaudium uestrum nemo tollet

amos Et in illo die me non rogabitis quicquid
10 Ex vobis Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis usque modo
non petistis quicquid in nomine meo petite et accipietis ut gaudium vestrum
sit plenum hec in proverbis locutus sum vobis venit hora cum iam non
in proverbis loquar vobis sed palam de patre annunciabo vobis illo die
in nomine meo petetis Et non dico vobis quia ego rogabo patrem de
vobis ipse enim pater amat vos quia vos me amastis et credidistis
quia ego a deo exivi Exivi a patre et veni in mundum iterum relinquo
mundum et vado ad patrem dicunt ei discipuli eius Ecce nunc palam
loquris et proverbium unum dicis nunc scimus quia scis omnia et non opus
est tibi ut quis te interroget in hoc credimus quia a deo existis
Respondit eis ihesus numquid modo credetis Ecce venit hora et iam venit ut dispergamini
unusquisque in propria et me solum relinquatis et non solus quia pater
mecum est Hec locutus sum vobis ut in me pacem habeatis in mundo pressuram
-X- habebitis sed confidite ego vici mundum Hec locutus est ihesus Et suble-
11 vatis oculis in celum dixit pater venit hora clarifica filium tuum ut
filius tuus clarificet te sicut dedisti ei potestatem omnis carnis ut omne quod
dedisti ei det eis vitam eternam Hec est autem vita eterna ut cognoscant
te solum verum deum et quem misisti ihesum xpm Ego te clarifica-
vi super terram opus consummavi quod dedisti mihi ut faciam Et nunc
clarifica me tu pater apud te metipsum claritate quam habui priusquam mundus
esset apud te Manifestavi nomen tuum hominibus quos dedisti mihi
de mundo Tui erant et mihi eos dedisti et sermonem tuum servaverunt
Nunc cognoverunt quia omnia quecumque dedisti mihi abscisa sunt quia verba quecumque
dedisti mihi dedi eis et ipsi acceperunt Et cognoverunt vere quia
12 a te exivi et crediderunt quia tu me misisti Ego pro eis rogo
non pro mundo rogo sed pro his quos dedisti mihi quia tui sunt Et
mea omnia tua sunt Et clarificatus sum in eis et iam non sum in mundo
et hi in mundo sunt Et ego ad te venio pater sancte serva eos in nomine
tuo quos dedisti mihi ut sint unum sicut et nos Cum essem cum
eis ego servabam eos in nomine tuo quos dedisti mihi custodivi
Nunc autem ad te venio et hec loquor in mundo ut habeant
gaudium meum impletum in semetipsis Ego dedi eis sermonem
tuum et mundus eos odio habuit quia non sunt de mundo sicut et
ego non sum de mundo non rogo ut tollas eos de mundo sed
ut serves eos a malo de mundo non sunt sicut et ego non sum
de mundo Sanctifica eos in veritate Sermo tuus veritas est

tu me misisti in mundum et ego misi eos in mundum Et pro eis
ego sanctifico me ipsum ut sint et ipsi sanctificati in veritate
Non pro eis autem rogo tantum sed et pro eis qui credituri sunt per verbum
eorum in me ut omnes unum sint sicut tu pater in me et ego in te
ut et ipsi in nobis unum sint et mundus credat quia tu me misisti
Et ego claritatem quam dedisti mihi dedi eis ut sint unum sicut et nos
unum sumus Ego in eis et tu in me ut sint consummati in unum et
cognoscat mundus quia tu me misisti et dilexisti eos sicut
me dilexisti pater quos dedisti mihi volo ut ubi ego sum et illi
sint mecum ut videant claritatem meam quam dedisti mihi quia dilexisti
me ante constitutionem mundi pater iuste te autem mundus non cognovit
ego autem te cognovi et hi cognoverunt quia tu me misisti Et notum
feci eis nomen tuum et notum faciam ut dilectio qua dilexisti
me in ipsis sit et ego in ipsis Dominica in palmis

122.

